Libertas eſt in pendenti ſi minor ancillam prægnantem manumiſit cauſa habendi eam in vxorem: quia ſi eam ducat, naſcitur partus liber, aliàs ſecus. Franc.

XIX. CELSVS *libro vicenſimonono Digeſtorum.*

SI minor annis [a] apud conſilium matrimonij cauſa prægnantem manumiſerit, eáque

b *Decem & octo.* ſcilicet qui manumittitur.

c *Seruum.* ſcilicet tantum, ſed plures. aliàs eſt in textu tantum.

d *Mulier.* ſcilicet corrupta: vt dixi. j̃. de verb. ſigni. l. mulieris. in prin. & facit. j̃. qui & à quibus. l. matrimonij. & j̃. l. proxi. §. j.

e *Oporteat.* niſi iuſta cauſa impediat: vt inſtitut. qui ma. non poſſunt. §. eadem. Accurſius.

f ALumnos magis. quam marib9: licet maribus hoc conueniat. R. vel magis quàm non, ſecundum. M.

g *In hoc.* vt eum manumittat. Accur.

h *In caſtrato.* hoc quia primus poteſt contrahere matrimonium, ſecūdus non: vt ſupra de iure do. ſi ſerua. §. fin. ſimilis differentia fit in adoptione: vt inſtitut. de adopt. §. ſed & illud. & in ſubſtitutione poſthumi: vt ſupra de lib. & poſthu. l. ſed eſt quæſitum. Accur.

i ETiam. Seruum. teſtātis, vel etiam ſuum: & eſt iuſta cauſa, quia lucratur hereditatem: vt ſupra titu. j. cauſam.

k *Ex præterito.* & plures quàm ex futuro. de quibus quæ pendent ex futuro, dixi ſupra proxi. reſpō. & l. proxi. §. j. & ij.

l *Tuitus.* ſic ſupra ad Sila. l. iij. §. ſi cum omnes.

m *Per procuratorem.* licet manumittere non poſſit per procuratorem: vt. C. eo. l. neque.

n *Non debet.* quia cum debeat iurari, vt & ſupra eo. l. ſi collactaneus. neceſſe eſſet alterū periurare: cum duobus nupta eſſe non poſſit: vt inſtitut. de nupt. §. affinitatis.

o *Poſſunt.* hoc in volūtaria iuriſdictione: vt ſupra de adopt. l. emancipari. §. j. & ſupra de offi. procon. l. j. & ij. in prin. ſecus in contentioſa: vt in argu. contrario: vt ſupra de iuriſdi. om. iudi. l. fi.

† Iſte tex eſt valde notādus ad hoc propoſitum quòd procu. poteſt cōſtitui ad articulum probationū tātum & text. hoc optime probat, & non eget aliqua alia interpretatione pro quo fa. l. 3. §. 2. ſ̃. iudi. ſolui. Bolog.

p ILlud Luxuria. vt pro concubina habeat. Accurſius.

q *Affectionibus.* argu. ſupra de dona. l. affectionis.

r *Si quis minori.* Minor emit à domino ſeruum, & ſoluit precium: ſed venditor reddidit ei precium poſtea ex cauſa donationis. Vel dic accepto à ſeruo, & hoc facit dominus animo donandi id precium minori. Accurſius.

APud proconſulē.] CASVS. Apud procōſulē poſtquā exiuit vrbē Romanā, poteſt minor manumittere. Item apud legatum eius. Frā.

t *Poſſumus.* vt & ſupra de offic. proco nſ. l. ij. in princ. Accurſius.

u *Poſſumus.* Hic eſt cōtra ſupra de offi. procō. l. ij. in fine. ſed vindicta poteſt, vt hic: aliter nō: vt ibi. vel proconſule præſente, vt hic: ſed nō eo abſente, vt ibi. vel ſolue vt ibi. Accur.

* Quid hoc loco luxuria ſignificet, vide Ant. Aug. li. 4. ca. 11.

APud filiumfamiliâs.] CASVS. Tria dicit. In prima parte pone caſum vt in gloſſ. & diuerſis modis ſecundum quòd ſunt diuerſæ literæ. Secundò prætor nō poteſt manumittere apud collegam ſuum: & hoc ſi habes in litera, non. aliàs deeſt, & dic de hoc vt in glo. Tertio, filius ſeruū patris apud ipſum patrem prætorē poteſt manumittere volente patre. Franc.

x *Filiusfamilias.* Quidam habēt manumittere: & habent vel ſubaudiunt, pater eius. & ſecundum hoc dic: licet filius non poſſit, ſcilicet manumittere ſeruum patris apud patrē: quod non placet: vt in fine huius legis. vel nō poſſit filius, ſcilicet minor cauſa non probata, ſed pater ſic apud filiū, cum ſit maior, etiā non probata. Vel tertio poteſt pater apud filium: ſed filius non poteſt apud ſemetipſum, cū ſit minor: vt ſupra de offi. conſul. l. j. §. fina. ſecus ſi eſſet maior: vt ibidē. & ſ̃. eo. l. an apud ſe. & j̃. eo. l. ſi rogatus. §. fina. quæ videntur contra. aliàs eſt talis litera, manumitti: & nō eſt ibi pater eius: & ſecundū hoc dices manumitti à quolibet, licet ſit minor. Sed quomodo minor in magiſtratu eſt: vt. j̃. de mune. & hono. l. ad rem? Rñ. liberi ſupplēt: vt. ſ̃. de min. l. ij. vel ex certa ſcientia principis: vt. j̃. de re iud. l. quidam conſulebāt. Acc.

† In hūc locū vide Gellium lib. 2. cap. 2.

* In nōnullis additur, ex quo prouinciam ingreſſus eſt.

† Hic in archetyp. Flor. quædā verba ſuperflua & falſa fuerant adſcripta, nempe hæc: filius quoque voluntate patris apud patrem manumittere non poteſt. Ant. Aug. lib. 4. c. vlt.

y *Poteſt.* quidā habēt nō poteſt: & tunc cōcor. ſ̃. titu. j. l. apud. Sed contra. ſ̃. de offic. cōſul. l. j. in fi. ſed ſolue vt ibi. alij ſine non, & tūc illa concor. ſed hoc eſt contra ſupra titu. j. l. apud. & ibi ſol.

z *Apud patrem.* quid miri? cum & apud ſeipſum pater poſſit manumittere: vt ſupra eo. l. an apud ſe manumittere. & facit ſupra de ritu nup. l. matrimonij. Accurſius.

a SI minor an. ſcilicet viginti. aliàs eſt in textu.

Interim.

a *Interim*.antequam ducatur.Accurſius.
b *In pendẽti*.quia ſi cõtrahatur matrimonium,liber erit,aliàs nõ: ſed inſpecto ſtatu præſenti conſtat eam ancillã:& ſic filiũ ſeruum. ſed reſpectu futuri hoc eſt : nã ſi ducatur olim, creditur eſſe liber.

S*I rogatus*.] CASVS Si minori viginti annis legẽ ſeruũ hoc acto vt manumittat:dicitur ꝙ eum debet manumittere indubitãter.ſed ſi ei legaſſem decem: & rogaui eũ vt manumittat ſeruũ ſuũ propriũ: tunc eſt inſpiciẽdum ſi tantũ vel plus eſt in legato quãtum valet ſeruus : vt tũc permittatur manumitti:aliàs nõ.Vltimo dicit:quod dixi in ſeruo legato minori, idẽ in donato hoc modo vt manumittat.nam manumittere debet : & ſi non manumittat, cõſtitutio facit eũ liberũ, nec decurretur vel ibitur ad conſulem.[MATRIMONII.] Si minor vult manumittere ancillã cauſa habẽdi eã in vxorem,poteſt: dum tamen ſit talis quã poſſit iuſte habere,vt nõ ſit filia vel ſoror domini, vel ſimili modo ei cognata.Itẽ dominus minor.xx.annis poteſt manumittere ſeruũ ſuum, ſi erat filius ſuus, vel ſimili de cauſa qua poſſet minor maſculus manumittere[CONSVL.] Minor.xx. annis exiſtẽs conſul, poteſt præbere auctoritatẽ manumittere volentibus . Vel aliter,minor exiſtens cõſul,habẽs ſeruum: cauſa approbata corã collega, poteſt ipſe manumittere.Franc.

c *Quantitas*. vt &.ſ̃. de mi.l. ſi minor. & arg.ĩ. de fideicõ. li. generaliter.§. ſi alienũ. &. C.ad l. Falcidiam. ſi ea. &. ſ̃. tit.j.l. cauſam. ij. reſpõ.
d *Iudicio*. i. voluntate.
e *Eorum*.ſ.ſeruorum.
f *Cunctationem*.i.morã. Azo.cum enim conſtitutio facit liberum : nõ eſt recurrendum ad cõſulem.
g *Matrimonij*. indignè aſſumũtur quæ duci ꝓhibentur: vt not. inſtit. de nup.§.ſi aduerſus.
h *Naturalem*. eundem ſeruum.
i *Supradictis*. ſ̃. eod.l.ſi minor ann.xx.&.l. ſeq. &.l.fi.&.l.alumnos.
k *Minor.xx.ann. ſit*. hic eſt contra ſupra de offi. con. l.j.§.conſules. Solu.expone hic, id eſt auctoritatẽ manumittẽdi præſtare.vel ſolue vt ibi.qualiter minor poſſit conſul eſſe, dixi ſupra eo.l.apud filiũ.

P*Ater*.] CASVS.Habebam filium qui Romæ degebat forte in ſtudio:& cum eo miſeram quoſdã ſeruos,qui ei ſeruirent: tandem epiſtolã mandaui ad filiũ,in qua continebatur ꝙ poſſit manumittere quem vult de illis ſeruis meis qui ſecũ ſunt . Ipſe filius manumiſit corã prætore. Dicitur ꝙ hæc manumiſſio tenet, & pater videtur manumittere,& filius quaſi miniſteriũ præbet. Franc.
l *Ei*.ſcilicet.filio.
m *Habebat*.filius.
n *Poſtquam*.ſcilicet epiſtolam.

interim [a] pepererit, in pendẽti [b] erit, ſeruus an liber ſit quem ea peperit.

Si quis minori legat ſeruum vt manumittat, debet indubitãter eũ manumittere . ſed ſi quis legat. x. minori.xx.ann.vt ſeruum propriũ manumittat: tunc debet inſpici ſi tantum ſit in legato quantum valet ſeruus,vt tunc manumittat: aliàs ſecus.Idem in ſeruo donato vt eũ indubitãter manumittat. Fran.

xx. VLPIANVS *libro ſecundo de officio Conſulis.*

SI rogat⁹ ſit minor vigintiquinque annis manumittere per fideicõmiſſum,incunctanter debet ei permitti,niſi ſi proprium ſeruũ rogatus fuit manumittere.hic enĩ cõferenda erit quãtitas [c] emolumenti quę ad eũ peruenit ex iudicio [d] ei⁹ qui rogauit,cũ pretio eorũ [e] quos rogatus eſt manumittere.Sed & ſi hac lege ei ſeruus fuerit donatus,vt manumittatur:permittẽdũ erit manumittere:ne cõſtitutio diui Marci ſuperueniens cunctationem [f] conſulis dirimat.

Minor manumittens ancillam cauſa habẽdi eam in vxorem, debet talem ducere , qualẽ iuſte habere poteſt.Franc.

Matrimonij [g] cauſa manumittere ſi quis velit,& is ſit,qui nõ indignè huiuſmodi cõditionis vxorẽ ſortiturus ſit:erit ei concedendũ. Mulieri quoq; volenti ſuũ filium naturalem, [h] vel quem ex ſupradictis [i] manumittere, permittẽdum eſſe Marcellus ſcribit.

Conſul minor.xx. annis poteſt præbere auctoritatem manumittere volentibus.Vel ſic:Cõſul minor poteſt ſeruum proprium cauſa approbata coram collega manumittere.Franciſ.

Cõſul apud ſe poteſt manumittere, †etiam ſi euenerit vt minor annis viginti ſit. [k]

XXI. MODESTINVS *libro primo Pandectarum.*

APud præfectũ Ægypti poſſum ſeruũ manumittere ex conſtitutione diui Auguſti.

Si filius mandato vel permiſſione patris manumittit ſeruum , liber erit : & pater videtur manumittere.

XXII. PAVLVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

PAter ex prouincia ad filiũ ſciens Romæ agentẽ epiſtulã fecit, quæ *permiſit ei [l] quẽ vellet ex ſeruis quos in miniſterio ſecũ hic habebat, [m] vindicta liberare: poſtquã [n] filius Stichũ manumiſit apud prætorẽ.quæro an fecerit liberũ.Reſpondi, Quare nõ hoc cõceſſum credam⁹ patri , vt permittere [o] poſſit filio , ex his quos in miniſterio haberet, manumittere? Solam enim electionẽ filio conceſſit:cęterùm ipſe [p] manumittit.

Quædam ſolennitas quæ olim erat neceſſaria in manumiſſionibus, hodie remittitur.h.d.

XXIII. HERMOGENIANVS *libro primo Iuris epitomarum.*

MAnumiſſio †per lictores [q] hodie domino tacẽte expediri ſolet:& verba ſolẽnia licet nõ dicantur, vt dicta accipiuntur.

XXIIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Neratium.*

PVpillus qui infans [r] non eſt, apud conſilium rectè manumittit . Paulus : [ſ] Scilicet tutore auctore : ita tamen , vt peculium eum [t] non ſequatur.

Pupillus non poteſt ſeruum ſuũ manumittere, vt eum habeat tutorem:quia hoc eſſet ſibi tutorem eligere , quod tamen pupillo non permittitur,propter infirmitatem iudicij ſui.hoc dicit.

XXV. GAIVS *libro primo de Manumiſſionibus.*

SI tutoris habendi cauſa pupillus manumittat , probationis eſſe cauſam Fufidius *ait . Nerua filius cõtra ſentit. quod verius eſt: namque per abſurdum [u] eſt, in eligendo tutore firmum videri eſſe iudicium pupilli , cuius in omnibus rebus vt infirmum iudicium tutore auctore regitur.

DE † MANVMISSIOnibus quæ ſeruis ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.

TITVLVS III.

Omne collegium licitum poteſt ſeruos manumittere, & ſuccedent iſti de collegio in bonis manumiſsi, prout patroni libertis. Franciſcus.

o *Perm ittere*.i.mãdare.
p *Ipſe*.ſ.pater:vt. ſ̃. tit. j.l.ſi cõſentiente.qui enim per aliũ facit , &c. vt.ſ̃.de adminiſtra.tu.l. ita autem.§.geſſiſſe.

M*Anumiſsio*. CASVS. Manumiſſio poteſt fieri corã lictorib⁹: & quædam ſolennitas quæ erat neceſſaria , licet nõ fiat,pro facta habetur . Franciſ. Accurſius.

q *Per lictores*.[a] i.per eos qui deferũt inſignia magiſtratus:vel expone vt dixi ſupra eo.l.ego.

P*Vpillus*.] CASVS Pupillus , maior tamẽ infante , poteſt manumittere ſeruum coram iudice,& pręſente tutore:nec manumiſſum ſequitur peculium. Franciſcus.

r *Infans*. i. minor. vij. annis:vt. C. de iure delibe.l.infanti.ſi autẽ eſſet infans: etiã cum tutore nõ poſſet,ſicut nec iudiciũ ſubire : vt ſupra de adminiſtra. tuto. l.j. §.ita tamen.
ſ *Paul*.addẽdo,nõ corri.
t *Eum*.ſ.manumiſſum. & hoc eſt ſpeciale in pupillo : ſecus in maiore manumittente:vt.C.de pecu.l.eius qui li.me. l. j.& ſupra de pec.l.ſi Sticho.&.ĩ.tit.j.l. iij. quæ ſunt contra.

S*I tutoris*.] CASVS. Pupillus vult manumittere ſeruũ ſuũ cauſa habendi eum in tutorẽ. quæritur an hæc ſit iuſta cauſa manumittẽdi: & Aufidius dixit ꝙ ſic: ſed Nerua filius dixit ꝙ nõ eſt iuſta cauſa. quomodo enim pupilli dicto ſtaretur ad tutorem eligendũ : cum propter infirmitatẽ eius animi detur pupillo tutor, vt nihil præſumatur rite ſiue bene gerere abſq; tutore ꝓpter animi infirmitatem?Franc.

u *Perabſurdũ*.arg. contra ſupra eo. l. ſi coll actaneus . vbi ſecus in procuratore dicit.Item arg.cõtra ſupra qui petant tut.l.ij.§. fin. & de tute.l.qui habet.§.ſi pupillus.

† ita tamen ſi cauſam apud collegã probauerit l. vnica in fi. ſ̃. de offic cõſu.

*qua.

a] Lictores qui dicantur pulchrè Beroaldus in Cęſare dicta tore circa prin.

† Ar. huius tex. colligebat Arc.in.l. 1.de verb.oblig.ĩ.quem ſequitur Bar.Sozi. in. d.l.1.in ſecũdo no. quòd ipſius ſtipulationis ſolennitas poteſt remitti per conſuetudinẽ.& dicunt ita voluiſſe in.l. præſenti Benedictũ de Plum.

* Sic Florẽ. Græci tamẽ & vulg.libri legunt Aufidius Fufidij fit mẽtio in l. 5. de auro & arg. leg.

† Lib.48 βα. σιλ tit.3.

DE MANVMISSIONIBVS QVÆ SERVIS ad vniuerſitatem pertinentibus imponuntur.

Et vindictam hoc titulo iure imponi docet ſeruis vniuerſitatum, collegiorũ puta aut municipiorũ aut decuriarum,quamuis incerta ſint corpora,per actores earum forte ex lege Vettilibia , quod tamen priuati per procuratores ſuos exequi non poſſunt.idque congruit cum tit.3.lib.38.Cuiacius.

a]Conc.tex. in c.dilecta. & ibi Innoc. in glo.ſua in verſic.vnum corp'. extra de exceſ.p̄la.& in.c. cū in ſpeciali de appel.li.6.

a *Diuus Marcus. Ius eſt.* omne collegium generaliter prohibetur, a niſi approbetur lege, vel ſenatuſconſ. vel conſtitutione: vt infra de col.illi.l.j.&.iij. ſupra quod cuiuſq; vniuer.l.j.in princ.Accurſius.

b *Quare hi.* collegiati. Azo.

c *Vindicabūt.* vt.ſ. de li.vni.l.j. & dic vt.ſ.de re.diui.l.intātū. §.j.& de in ius vocā.ſed ſi hac.§. q manumittit.

d *Seruus. Iure.* cōſentiēte ordine decurionū, & præſide ꝓuinciæ, & dato vicario: vt.C.de ſeruis reip. ma. l.j.

e *Peculiū.* nominatim. & ſic priuato æquiualet: vt. C. de pecu. eius qui li.l.j.Accur.

f *Debitor.* peculiaris.

g *Liberabitur.* idem & ſi eſt adeptū: ſi tamē hoc ignoret.ſ. eū manumiſſum.& ad hoc ĩ.de ſol. l.ſi quis ſeruo.&.l.ſi ſeruus.&.l.quod ſeruus.& inſti.manda.§.recte.

Li. 48. Baſil. ti.3.c.4.

DE MANVMISSIS teſtamento.

Altera ſpecies apiſcēdæ iuſtæ libertatis in hoc titulo demonſtratur, ſi quis nominatim iuſto teſtamēto manumiſſus ſit. Nominatim ex lege Cannia. Omittit manumiſſione quæ cēſu fiebat, quia deſierat eſſe in vſu, & ceteras quibus non dabatur iuſta libertas, quāquam & earum nō deſint veſtigia in his libris, vt manumiſſionis per epiſtolam.l. qui abſenti. De adq.poſ.Cuiacius.

h *Cum ſæpius datur.* id eſt relinquitur.

i *Eam.* dationem, vel libertatem.

k *Fauore valere.* aliàs fauorem habere.

l *Peruenit.* vel leui', vel maturius: vt.dices.ĩ.eo. l.in libertatibus.Acc.

SI quis.] CASVS. Titiū inſtitui heredē: & ſi heres nō erit, Stichum ſeruū meū inſtitui heredem & liberū. Dicitur ꝙ ſiue Titius heres erit, ſiue nō: Stichus ſemper erit liber: quaſi vtroque gradu videatur reliqui libertas Sticho.Frā. Ac.

* Senſus eſt: quia non ſolum in ſecūdo gradu libertatem ei reliquit, ſed etiam gemināuit: hoc eſt, in primo gradu eam tacitè reliquit, in ſecūdo autē eam apertè pronunciauit.

m *Non eſſe.* quia non eſt adita ab eo gradu hereditas, à quo accepit libertatem: vt ſupra de vulga.ſubſtitu.l.fin.§.j.Accur.

n *Alio.* ſecundo tantum.

o *Dupliciter,* id eſt vtroque gradu. Azo.& facit infra eo.l.diuus.

NEc militi.] CASVS. Minor viginti ann.etiam miles, non poteſt manumittere ſeruum ſuum in teſtamento.& dic de hoc vt in glo.Franc. Accurſius.

p *Nec militi.* vt &.C.de teſta.mili.l.ſi Rufinus.niſi poſſit cauſam, ſcilicet iuſtam, probare quare fuit manumiſſus: vt dicta.l.ſi Rufinus.in fine.& infra de fideicommiſſ.lib.l.ergo.§.item ſi minor. & C.de fideicommiſſ.li.l.minor.Accurſius.

SI quis.] CASVS. In teſtamento reliqui libertatem ſeruo, & dixi: heres meus.x.ei dato. Dicitur quòd valet hoc legatum de.x. & hæc ſunt vera, ſiue in teſtamento hoc dixi, ſiue in codicillis. Vltimo dicit, in teſtamento reliqui libertatem ſeruo meo: item dixi, grauo heredem meum vt det decem illi ſeruo, ſi eum manumittā vindicta. Dicitur quòd hoc legatum debetur ſeruo meo, ſi eum manumittam vindicta.Franc.Accurſius.

A q *Debeantur ei.* decem. Accurſius.

r *Manumiſerit.* poſt teſtamentum factum.Accurſius.

ſ *Et ſi ſic.* ſcripſit teſtator, repete.

I. VLPIANVS *libro quinto ad Sabinum.*

DIuus Marcus omnibus collegiis quibus coëundi ius eſt, a manumittendi poteſtatem dedit.

II. IDEM *libro quartodecimo ad Sabinum.*

QVare b hi quoque legitimā hereditatem liberti vindicabunt. c

Ciuitas dans libertatem ſeruo ſuo, videtur ei concedere peculiū, niſi expreſsè adimat.Bartolus.

III. PAPINIANVS *libro quartodecimo Reſponſorum.*

SEruus d ciuitatis iure manumiſſus, non ademptum peculium e retinet: ideóque debitor f ei ſoluendo liberabitur. g

DE MANVMISSIS teſtamento.

TITVLVS IIII.

Si teſtator ſæpius in teſtamento reliquit libertatem ſeruo: ea volūtas valebit, quę leuius relinquit libertatem.Franc.

I. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

CVm ſæpius datur h ſeruo libertas, placet eā i fauore k valere, ex qua peruenit l ad libertatem.

Fauore libertatis ſeruus ſubſtitutus cum libertate, fit liber: licet heres non efficiatur.Bart.

II. IDEM *libro quinto ad Sabinum.*

SI quis ita heredem inſtituerit, *Titius heres eſto: ſi Titius heres nō erit, Stichus heres eſto, Stich' liber eſto:* non eſſe m Stichum liberum Ariſto ait, Titio herede exiſtente. Mihi videtur poſſe dici liberum fore: quaſi non vtique alio n gradu * acceperit libertatem, ſed dupliciter. o quo iure vtimur.

III. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

NEc militi p minori annis viginti permittitur poſſe teſtamento ſuo ſeruum manumittere.

IIII. IDEM *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI quis ita ſcripſerit, *Stichus liber eſto, eique [heres] meus decem dato:* nulla dubitatio eſt, quin debeantur ei, q etiam ſi eum paterfamilias viuus manumiſerit. r Sed & ſi ſic, ſ *Stichus liber eſto, ſiue ſtatim,* t *ſiue poſt tempus: eique cū liber erit, heres meus decem dato,* idem u dicēdum eſt. Illud conſtabit, ſi libertate data x ſic fuerit legatum, *Eique, ſi eum vindicta liberauero, heres meus decem dato:* licet ex nimia ſubtilitate ſeparatum y eſt à teſtamento: attamen humanitatis intuitu valebit legatum, ſi viuus eum manumiſerit. z

B

V. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

IN libertatibus a † leuiſſima ſcriptura ſpectāda eſt: vt ſi plures b ſint, quę manumiſſo facilior ſit, ea leuiſſima intelligatur. c Sed in fideicommiſſariis libertatibus nouiſſima d ſcriptura ſpectatur.

C Quando teſtator legat rem ſuā, tranſit dominiū recta via in legatarium: ſed quādo fit heredis, nō tranſit recta via. Bart.

VI VLPIANVS *libro octauodecimo ad Sabinum.*

SI fructuarium dominus e proprietatis heredem ſcripſerit, f & ſeruo g ſub cōditione ſit libertas data: quoniam interim fit heredis, confuſione h facta vſusfructus, ſi extiterit conditio, peruenit i ad libertatem.

VII. IDEM *libro nonodecimo ad Sabinum.*

D NEratius ſcribit, eius cui libertas ſic data eſt, *Si mihi nullus filius erit cū moriar, Stichus liber eſto:*

t *Siue ſtatim.* id eſt ſiue in teſtamento dicit, Stich' liber eſto: ſiue poſtea ex interuallo: in tali tamen voluntate quæ valeat. Accur.

u *Idem.* ſcilicet quòd dentur decem.

x *Data.* id eſt relicta in teſtamento iam facto.

y *Separatum.* id eſt receſſum, quantum ad libertate pertinet. R. vel ſecundum M. ſeparatū, id eſt legatum.

z *Manumiſerit.* vindicta. & facit ſupra de leg. ij. Lucius Titius. in princip.

IN libertatibus.] CASVS. Si libertatem relinquo ſeruo meo in pluribus ſcripturis, & alio modo in vna ſcriptura quàm in alia: ei ſtabitur, quę facilius imponit libertatē. & hæc ſunt vera, quando directò relinquitur libertas. at quando per fideicō. tunc ei ſtabitur quę poſterior eſt.Franc.

† In textu Baſil. additur directis. rectè.

a *In libertatibus.* ſcilicet directis: in fideicōmiſ. ſecus: vt in fin. huius.l. Accurſius.

b *Plures.* ſcilicet ſcripturæ de libertate. Itē hoc, ſi ſeparatim conditiones ſunt datæ. ꝙ ſi coniunctim: tunc omnibus parendum eſt, aliàs non erit liber: vt infra eo.l. quod vulgo. Quòd ſi non coniunctim, ſcilicet conditiones ſint appoſitæ, ſed ſeparatim: alteri obtemperare ſufficit: vt ſupra de condit.inſtitu. ſi heredi.& ſupra eo.l.j. Accurſius.

c *Intelligatur.* etſi non ſit leuiſſima. M. vt ſupra de conditio. & demonſtr. ſubdiuerſis. & l.quod traditū. &. l. leuiſſima.& infra eod.l.ſi quis ſeruo.& arg.inſtit. de act.§.hinc.

d *Nouiſſima.* Sic in legatis ſemper: vt.d.l.quod traditum eſt. ſic ſupra de codicillis.diui.§.licet.Accurſius.

SI fructuarium.] CASVS. Quidam habens proprietatem in ſeruo, fecit teſtamentum: & eum qui habebat vſumfruct. in eodem ſeruo, inſtituit heredem: & iſti ſeruo reliquit libertatem ſub condit. dicitur quòd adueniente condit. iſte erit liber. Franc. Accurſius.

e *Dominus.* proprietatis. Alij econtra, ſi fructuarius dominū proprietatis.

f *Scripſerit.* aliàs ſi non feciſſet heredem, ſed tantùm libertatem reliquiſſet, ſerua quod dicitur. C.communia de ma.l.j.Accur.

g *Seruo.* in quo habes vſumfructum.

h *Confuſione.* aditione hereditatis. Accurſius.

i *Peruenit.* directò, ſecundum primam literam: per fideicōmiſſum ſecundum aliam: vt.C.e.l.ſeruo.

Neratius.

UNED

NEratius.] CASVS. Reliqui libertatem Sticho ſeruo meo, ſi nullus mihi filius erit cum moriar. Dicitur quòd nato mihi poſthumo impeditur libertas. Sed pone quòd nondum eſt natus: A ſperatur tamen naſci. erítne interim ſeruus, an liber? & certe ſi nullus poſtea naſcatur: liber fingitur fuiſſe retro. Franc. Accur.

a *Quod magis*. id eſt retro liberũ dico. Accurſius.

SI ita ſit ſcriptum.] CASVS. Seruo meo qui fuerat meus Caſtaldio, reliqui libertatem, ſi appareat ratiões meas diligenter tractaſſe. dicitur quòd erit liber, ſi appareat ꝙ ad vtilitatẽ domini bene geſſit, & bona fide: & reliqua, ſi qua ſunt reddidit. Franciſc. Accurſius.

b *Si ita ſit ſcriptum*. hoc dic vt dicitur. C. eod. l. iiij. & infra eod. qui filium. §. fin. & de ſtatulib. Labeo.

SI quis ita.] CASVS. Legaui tibi ſeruum ſub conditione vt eum manumittas: & ſi non manumiſeris, iuſſi eum eſſe liberum, & legatum hoc caſu ei reliqui. Dicitur quòd ſi non manumittas eum, erit liber ex teſtamento, & habebit legatum. [QVOD CONSTITVTVM.] Quod dictum eſt ſupra de manu. l. ſeruus hac lege. ſeruum vetitum in teſtamento domini ad libertatem perduci, non poſſe manumitti: eſt verũ, quando hic ſeruus erat teſtatoris, vel heredis eius: ſecus ſi eſſet hic ſeruus alienus. Franciſcus. Accurſius.

c *Legatus ſit*. alicui. Accurſius.

d *Legetur*. aliquid.

e *Reſponſum eſt*. vt & infra eod. l. quidam. & l. Stichum. & de fideicõ. lib. l. inuitus. §. fin. & C. ſi man. ita fue. ali. vt manu. l. ij. & iij. Accur.

f *Quod conſtitutũ*. vt ſupra de manu. l. ſeruus. Accurſius.

impediri libertatẽ poſthumo nato. Sed dum ſperatur naſci, vtrum in ſeruitute remanere dicimus, an verò ex poſtfacto reſpondemus retro liberum fuiſſe, nullo filio nato? quod magis [a] arbitror probandum.

Si fauore certæ rei verba trahũtur ad impropriam ſignificationẽ: talis fauor ad diſpoſitionem ſibi coniunctam non trahitur. Barto.

VIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI ita ſit ſcriptum: [b] *Stichus ſi rationes diligenter tractaſſe videbitur, liber eſto*: diligentiam deſiderandam quæ domino, non quæ ſeruo erit vtilis, cõiuncta fidei bonæ & in reliquis quoque reddendis. B

IX. VLPIANVS *libro vicenſimoquarto ad Sabinum.*

SI quis ita legatus [c] ſit, vt manumittatur: ſi manumiſſus nõ fuerit, liber eſſe iuſſus ſit, eíque legetur: [d] & libertatem competere, & legatum deberi, ſępe reſponſum eſt. [e]

Teſtator non poteſt alieno ſeruo prohibere libertatem dari niſi ſuo, & heredis ſui. hoc dicit.

Quod conſtitutum [f] eſt, vetitum in teſtamento ad libertatem perduci, non poſſe manumitti: hoc ad eos pertinere puto, qui teſtatoris fuerunt, vel heredis. Seruo enim alieno [g] id irrogari non poterit.

X. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

SI peculium prælegatum eſt, [h] & vicarius liber eſſe iuſſus ſit: liberum eum eſſe conſtat. Multum enim intereſt inter genus & ſpeciem. Speciem enim eximi de genere placet: [i] quod eſt in peculio [k] legato, & vicario [l] manumiſſo.

g *Alieno*. arg. ſupra de leg. ij. l. vnum. §. ſi rem. Accurſius.

SI peculium.] CASVS. Peculium cuiuſdam ſerui mei legaui forte ipſi ſeruo iuſſo eſſe libero, vel alij extraneo. poſtea vicario, qui erat de iſto peculio, reliqui libertatem dicitur quòd vtrumque tenet: & legatum peculij, tanquam cuiuſdam generis tenet. [SI SERVVS.] Legaui tibi ſeruum: eidem poſtea reliqui libertatem. dicitur quòd liber eſt, & ſic extinguitur legatum. Sed pone quòd primò reliqui libertatem ſeruo: tandem eum tibi legó. quod iſtorum valebit? & ſi quidem apparet quòd habui animum reuocandi libertatem: tunc tenet legatum. ſi autem dubitetur de hoc, tunc fauore libertatis dicimus libertatem deberi: nec videri reuocatum per hoc legatum. Franc.

h *Prælegatum eſt*. vel ſeruo libero eſſe iuſſo, vel alicui extraneo.

i *Placet*. vt & j̃. de re. iu. l. in toto. & s̃. de le. iij. l. ſeruis vrbanis. §. finali. & de pec. l. ſi Sticho. & de triti. & oleo leg. l. ij. in princ. & de aur. & argen. le. l. j. in prin. nec eſt contra ſupra de pecu. le. l. ſeruo manumiſſo. imò concordat. Accurſius.

k *In peculio*. quod eſt genus.

l *Et vicario*. quod eſt ſpecies peculij.

m *Fore*. vt infra tit. j. l. ſi ſeruus. & ar. C. de fideicom. lib. l. cum inter. & infra de re. iur. l. quotiẽs. & facit ad. §. ſupra de leg. j. l. ſi poſt mortem. §. fin. & de leg. ij. l. ſi idem. & C. de neceſ. ſer. here. inſtit. l. quidam in princ. & §. fin.

SI legato.] CASVS. Ttria dicit hæc. l. Primo, legaui tibi ſeruum, & rogaui per fideicom. eum manumitti. Dicitur quòd heres vel legatarius cogitur eum manumittere: & dicas quòd eſt in electione legatarij, vt ſi vellet eũ manumittere, bene eſt: alioquin heres manumittit. Secundo, reliqui libertatem duobus ſeruis, ſi darent. x. heredi meo. dicitur quòd ſi vnus dat. v. erit liber: licet alter ſua. v. nondum det. Tertio, reliqui in teſtamento libertatem ſeruo meo, pluribus heredibus inſtitutis. Dicitur quòd ſufficit vnum heredum adire hereditatem ad hoc vt libertas debeatur, & ſit ſtatim liber. Franc. Accur.

Obſcura locutio, fauore libertatis eſt interpretanda pro libertate. hoc dicit.

Si ſeruus legatus liber eſſe iuſſus eſt, liber eſt. Sed ſi prius liber eſſe iuſſus, poſtea legatus ſit ſi quidem euidens voluntas ſit teſtatoris quòd ademit libertatem: cum placeat hodie etiam libertatem adimi poſſe, legato eum cedere puto. Quod ſi in obſcuro ſit: tunc fauorabilius reſpondetur, liberum fore. [m]

Fideicõmiſſ. libertas relicta ſeruo quem prius teſtator legauerat, perducit eum ad libertatem. h. d.

XI. POMPONIVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

SI legato ſeruo fideicommiſſa libertas relicta eſt: vel heres vel legatarius [n] eum cogitur manumittere.

Vno ſeruo implente conditionem relictæ libertatis, efficitur ipſe liber: licet alter ceſſet implere. hoc dicit.

Si Stichus & Pamphilus decem dederint, liberi ſunto. Poteſt alter quinque dando [o] liber eſſe: quamuis alter nõ dederit. Cum teſtamẽto ſeruus liber eſſe iuſſus eſt: [p] vel [q] vno ex pluribus heredibus inſtitutis adeunte hereditatem, ſtatim liber eſt. [r] C

Conditio ſub qua relicta eſt libertas, eſt implenda cupiẽti ad libertatem peruenire licet dura videatur.

XII. VLPIANVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

SI quis libertatem ſub iuriſiurandi conditione [ſ] reliquerit, edicto [t] prætoris locus non erit, vt iuriſiurandi conditio [u] remit-

n *Vel legatarius*. prout vltimo rogauit: nam poſt legatum potuit heredẽ rogare, per quod videtur reuocare legatum: argumen. ſupra. l. proxi. §. fina. vel dic ſimpliciter vt dicit: & eſt in arbitrio legatarij vt ſaltem habeat eum libertum.

o *Dando*. quia eſt diuidua, aliàs ſecus: vt & ſupra de condit. & demõſtra. qui heredi. §. finali. & l. ſi quis. & l. cũ fundus. & dixi. C. de condit. in ſer. l. pen.

p *Iuſſus eſt*. directò.

q *Vel*. pro ſaltem: [a] nã multo magis ſi omnes adierint.

a] Adde glo. in. c. cũ omnes. extra de conſtit. & in c. a decet. de immu. eccl. lib. 6. & in. c. eos. 31. diſt. & glo. in. l. 2. C. de trãſactio.

r *Liber eſt*. ſic infra eodem. l. teſtamento manumiſſus. §. j. & l. teſtamento liber. & j̃. ſi quis te. lib. eſſe iuſ. l. j. §. ante. & C. de cadu. tollen. §. in nouiſſimo. & ar. s̃. de tu. l. ſi nemo. & de contra tabu. illud. in princ. D & de bo. lib. etiam. §. fin. & C. eo. l. iij.

SI quis libertatem.] CASVS. Titius reliquit libertatem ſeruo ſuo, ſi iurauerit ſe daturum. x. operas. Dicitur quòd hoc iuramentum nunquam debet ſibi remitti. Idem etiam eſt ſi reliquit legatum & libertatem ſimul ſub condit. puta ſi iurauerit ſe daturum decem operas. nam nec legatum poterit conſequi abſque iuramento: ſed ſecus ſi libertatem pure, legatum ſub condit. iurandi reliquit. nam tunc remittitur ſibi hæc conditio iuramenti. Idem ſi libertatem ſub condit. iuriſiurandi reliquit, & poſtea idem teſtator viuus manumiſit. nam hæc conditio remittitur. Franc.

ſ *Conditione*. Puta. liber eſto, ſi iuraueris te. x. operas daturum: vt infra eo. l. ſeruum. & ſupra de oper. lib. l. vt iuriſiurandi. § j. Vel Capitolium aſcenſurum: vt infra de ſtatulib. l. ſi quis ita. §. qui ita. Accurſius.

t *Edicto prætoris*. mortui, quo remittitur talis conditio iniecta legatis, vel inſtitutionibus: & ideo non eſt opus adire pro hoc prætorẽ viuũ: vt. s̃. de cõdi. inſti. l. quę ſub cõditione. in princ. & §. fi.

u *Conditio*. id eſt conditio iuriſiurandi appoſita libertati. Accur.

tatur : & meritò : nam ſi quis remiſerit conditionem libertatis, ipſam libertatem impedit : dum cōpetere aliter nō poteſt, [a] quàm ſi paritum fuerit conditioni. Proinde & ſi legatum quis cum libertate acceperit, [b] non aliter legatum habebit, niſi conditioni iuriſiurandi paruerit. Sed ſi purè libertatem acceperit, legatum ſub iuriſiurandi conditione : putat Iulianus libro trigenſimoprimo Digeſtorum, remitti ei conditionem iuriſiurandi. Idem puto [c] dicendum & ſi libertati quoque iniecta conditio ſit, ſed * teſtator eum viuus manumiſerit. nam & hic † cōditio legati [d] remittetur.

Licet conditio ſit indiuidua, poteſt tamen ab vno ſeruorum impleri vt liber fiat altero ceſſante: cui ceſſanti extinguitur conditio ſemel ab alio impleta.

XIII. IDEM *libro quinto Diſputationum.*

SI ita fuerit ſeruis duobus libertas data, ſi inſulam ædificauerint, vel ſi ſtatuam poſuerint: diuidi hæc conditio non poterit. [e] ſolummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente, [f] ſatisfactum voluntati [g] videatur, ideóque ad libertatem perueniat. quod magis eſt, niſi aliud expreſſit teſtator : faciendo tamen, ſibi cōditionem impleuit, alteri non : quinimo extinguitur ei conditio. Nec enim amplius parêre conditioni poteſt, cum ſemel expleta ſit. [h] Idem quæri poteſt & ſi fabris duobus vel pictoribus, ſi membrum * depinxiſſent, vel ſi fabricaſſent nauem, quid [i] adſcriptum ſit. nam voluntatis erit quæſtio, num alteri alterius facti conditionē iniunxerit. [k] quæ res efficit, vt quoad alter ceſſat, alteri quoque qui facere paratus eſt, conditio deficiat. [l] Quòd ſi ex his quæ ſcripſit vel dixit, oſtenditur contentus eſſe teſtator vel alterum facere : res erit expedita. nam alter faciendo, aut & ſibi & ſocio proderit, aut ſibi tantùm: prout voluiſſe teſtatorem apparuerit.

Relicta libertate duobus ſeruis, ſi rationes reddiderint : poteſt vnus rationes reddendo liber fieri. ſi ſeparata fuerit eorum geſtio: ſin autem ſimul geſſerunt, debent ambo rationes reddere, ſi volunt ad libertatem peruenire hoc dicit.

Hæc [m] quæſtio & in eo tractatur, ſi quis libertatem dederit ſeruis duobus, ſi rationes reddiderint. [n] Iulianus enim tractat, ſi alter reddere ſit paratus, alter non ſit : an alter per alterum impediatur. Et rectiſſimè ait, ſi quidem ſeparatim rationes geſſerunt, ſufficere ad libertatem adipiſcendam ei qui ſuas rationes reddit. ſi verò ſimul, non aliàs videri alterum paruiſſe, niſi vtriuſque reliqua exoluerit. [o] In reliquis accipere debemus, vt & ipſa volumina rationum reddantur.

Coniunctum vitioſum. ſiue nullum, non impedit libertatem.

Sed & ſi ancilla cum filiis libera eſſe iuſſa ſit : etſi nullos habeat, erit libera : vel ſi habeat quidem, filij autem eius ad libertatem pertinere † non poſſint. [p] Idem erit dicendum & ſi ipſa libera eſſe non poſſit, filij tamen eius peruenient * ad libertatem. Nam hæc adiectio, *cum filiis*, non facit conditionem: niſi mihi proponas aliam ſententiam teſtatoris fuiſſe. tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento eſt & edictum prætoris, quo ita cauetur: [q] *Ventrem cum liberis in poſſeſſionē eſſe iubebo*. Placet enim, etſi nulli liberi ſint, ventrem tamen ex edicto in poſſeſſionē mittendum.

XIIII. IDEM *libro octauo Diſputationum.*

CVm ſeruus purè liber ſcribitur, & heres ſub conditione : placet, deficiente conditione habere eum libertatem. [r]

---

a *Non poteſt*. nam ſic eſt in legato ſic relicto, quòd licet remittatur iuramētum, debet tamen facere quod iurare debebat: & aliàs non habet relictum : vt ſupra de condit. inſtit. l. quæ ſub conditione. §. quotiens. ſed in libertate ſufficit ſi iuret ſe facturum, & ſi non faciat : vt infra de condi. & demonſt. l. hæc ſcriptura. in prin. & ſic fauore libertatis permittitur fieri quod facilius eſt. & facit ad hoc quod not. C. communia vtriuſq; iu. l. cū patruo.

Libertatis fauore permittitur qđ facilius eſt.

b *Acceperit*. ſub cōdit. præfati iuriſiurandi. & fa. C. de cad. tollen. §. in nouiſſimo.

c *Idem puto*. ſcilicet quòd remittatur iuramentum.

d *Legati*. ſcilicet ſi iurauerit ſe daturum decem operas.

SI ita fuerit.] CASVS. Titius duobus ſuis ſeruis reliquit libertatem, ſi inſulam ædificarent. Dicitur quòd hæc conditio non poteſt diuidi. vnde ſi vnus ſeruorum vellet facere dimidium inſulæ, & libertatem habere: non audit̃. Sed pone quòd vnus eorum vult ædificare totam inſulam, & alter nihil : an ille qui facit, videtur implere cōdi. quæritur. & dicitur quòd ſic: & ipſe erit liber : niſi teſtator aliud ſenſerit: non alius qui nihil facit. Secundo quæritur : Quidam duobus fabris vel pictoribus reliquit centum, ſi templum depinxiſſent. vel ſi nauim fabricaſſent : & vnus illorum vult facere : & alter non. modo quæritur, an ſi vnus depingat templum, vel ſi nauim totam fabricet: habeat tota cētum? Et dicitur quòd ſi appareat teſtatorē ſenſiſſe & voluiſſe quòd vterque ſimul faceret : tunc vnus faciendo nihil dicitur facere : nec habebit legatum. ſi autem appareat contrarium : tunc vnus ſolus faciendo opus, habebit legatum, vel ipſe totum, vel partem ipſe, & partem ſocius, ſecundum quòd voluit teſtator. Tertio quæritur : Si quis reliquit libertatem duob᷒ ſuis ſeruis caſtaldionibus ſub condi. ſi reddiderint rationes, & vnus vult reddere rationes, alter non: an volens reddere auditur? & diſtinguitur. nam aut geſſerunt ſeparatim : & tunc vnus reddendo ſuas proprias rationes, auditur : & erit liber. ſi vero ſimul geſſerunt, tunc ille qui vult reddere, debet reddere omnes, & reliqua omnia ſoluere: & etiam ipſa volumina rationum ſiue libros reddere debet. Quarto quæritur: Titius manumiſit ancillā cum filiis ſuis. inuenitur ꝙ nullū habet filium: vel ſi habet, ſunt tales quòd non poſſunt peruenire ad libertatem. Dicitur quòd nihilo minus ipſa erit libera. idem eſt & ſi ipſa non poteſt effici libera, filij tamē ſui ſic: nā filij erunt liberi, non ipſa: & ſic apparet quòd hæc conditio, cum filiis, non facit condit. niſi aliter ſenſiſſe teſtatorem appareat. Et quòd non faciat condit. probo tali argumento : nam in edicto prætoris cauetur, Vētrem cum liberis in poſſeſſionem eſſe iubebo. tamē ſi nulli de liberi exiſtant, venter nihilo minus mittetur. Franc. Accurſius.

*ſi teſtator. †Hæc conditio.

*templum. i. cubiculū.

e *Nō poterit*. vt vnus faciendo mediā inſulam.

e *Poterit*. cum ſit in facto. ſic. j. de verb. obl. l. ſtipulationes non diuiduntur. & l. in executione. §. ſecunda. & ſ. ſi quis cau. l. ſi duo.

f *Faciente*. totum, cum ſit indiuiduum: vt dixi. C. de condit. inſer. l. pe. & facit. ſ. eo. l. ſi legato. §. j. Accur.

g *Voluntati*. ſcilicet defuncti.

h *Expleta ſit*. nā quod ſemel factum eſt, amplius fieri non poteſt: cùm non poſſit poſtea factum haberi pro infecto: vt in auth. de ęquali. do. §. j.

i *Quid*. pecuniarium: vt differat à primo caſu huius. l.

k *Iniunxerit*. ita quòd teſtator noluit vnum facere ſine altero. Vel dic, iniūxerit teſtator: vt ſic ſit indiuidua.

l *Deficiat*. aliàs deficiat, & hæc bona. aliàs fiat: & tūc dices hoc voluiſſe teſtatorem, vt ſubiicit. Accur.

m *Hæc quæſtio*. id eſt mens huius quæſtionis in ſimili caſu tractatur, vt ſubiicit.

† eruenire.

*perueniāt.

n *Reddiderint*. qđ duo continet : vt ſupra de condi. & demōſt. l. cum ſeruus. §. j. Accur.

o *Exoluerit*. ſic ergo ſequens ſit indiuiſibilis propter primā: quæ ſequens eſt diuiſibilis ſua natura, çùm ſit in dando : vt infra de ſtatulibe. l. ſi ſtatulibera. in fi. & l. ſi quis teſtamento. & facit ad. §. in eo. titu. de ſtatulib. l. ſi quis ita. §. ſi duo.

p *Non poßint*. quoquo modo. ſic & in legato: vt. ſ. de leg. j. ſi ancilla. & facit. C. quando dies lega. ce. l. ij.

q *Cauetur*. vt & ſupra de ven. in poſſ. mit. vbicunque. §. fin. & de leg. j. l. ſi quis legauerit Ti- & facit eo. tit. ſi ancillas. & l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita.

CVm ſeruus.] CASVS. Inſtitui duos heredes: vnum pure, alium ſub conditione. ſeruo meo reliqui libertatem pure : tandem defecit conditio vnius heredum: & ſic non eſt heres. dicitur quòd ſi alter adeat: ſatis eſt vt libertas ſeruo relicto debeatur : & ſic erit liber. Franc. Accurſius.

r *Libertatem*. adita à coherede hereditate: aliàs nō: vt ſupra de hered. inſtitu. l. Trebatius. §. fin. & l. ſeq. licet ibi aliter exponi poſſit.

Stichum.

a *Tichum.* facit ſupra eo.l.ſi quis ita.& quod ibi dixi.
Si ita ſcriptum.] CASVS. Sempronius ſeruo ſuo Sticho re- A liquit libertatem cum Titius annorum. xxx.erit, & grauauit heredem ſuum vt ei Sticho daret fundum, tunc temporis ſcilicet. deceſſit Titius antequam compleret. xxx. annos. dicitur quòd adhuc ſtabitur per tantum tempus, quo ſi Titius fuiſſet viuus, compleuiſſet. xxx. ann. & tunc Stichus erit liber. & hoc eſt fauore libertatis, ſecus in legato quod erat relictum eidem Sticho ſub eodem tempore. nam extinguitur. Franciſcus Accurſius.

b *Eique.* manumiſſo. & ſic prima dilatio intelligitur repetita: vt ſupra de condit. & demonſt. l. auia. in prin.

c *Impleto.* quod eſt ſi de vltimo anno eſt tactum: vt infra eod. l. ſi ita fuerit libertas. ſecus in pecuniariis relictis: vt ſupra de condit. & demon. non putabam. & de his dixi ſupra de mino. l. iij. §. minorem. Accurſius.

d *Defeciſſe.* quia in eo nullus eſt fauor, ſed in libertate ſic: vt hîc, & C. de fideicommiſ. lib. l. fideicommiſſaria. & infra de ſtatulib. l. ſi ſeruus. Sed contra. C. quãdo dies leg. ce. ex his. vbi etiam in legato dicit idem. Sed ſolu. vt ibi. ex qua etiam ſoluitur ſupra de ali. le. l. libertis. §. ab heredibus. quæ eſt contra. Item cõtra ſupra ad Trebel. l. Seius Saturninus. ibi non perit relictum pecuniarium: imò quod plus eſt, ſtatim mortuo onerato datur: ſed ibi facta erat dilatio fauore eius cui relinquebatur. argu. ſupra de vſur. l. in fideicommiſſi. §. cum Pollidius. hic heredis fauore. Item in libertate videtur contra, vt amodo ſcilicet non debeatur: vt. C. eo. l. cum teſtamento. ſed ibi incertum tempus alicuius: hic certum fuit poſitum. Accurſius.

XV. IVLIANVS *libro trigenſimoſecundo Digeſtorum.*

S*Tichum* a *Sempronio do lego, ſi Sempronius Stichum intra annum non manumiſerit, idem Stichus liber eſto.* quæſitum eſt, quid iuris ſit. Reſpondit, hoc modo libertate data, *Si Sempronius non manumiſerit, Stichus liber eſto*: Sempronium niſi manumiſerit, nihil iuris in Stichum habiturum, ſed liberum eum futurum.

Si fauore certæ rei verba trahuntur ad impropriam ſignificationem, talis fauor ad diſpoſitionem ſibi coniunctam non trahitur. Bartolus. B

XVI. IDEM *libro trigenſimoſexto Digeſtorum.*

SI ita ſcriptum fuerit: *Cum Titius annorum triginta erit, Stichus liber eſto, eique* b *heres meus fundum dato*: & Titius antequam ad annum trigenſimum perueniret, deceſſerit, Sticho libertas competet: ſed legatum non debebitur. Nã ſi fauore libertatis receptum eſt, vt mortuo Titio tempus ſupereſſe videretur, quo impleto c libertas contingeret. circa legatum defeciſſe d conditio C viſa eſt.

XVII. IDEM *libro quadrageſimoſecundo Digeſtorum.*

Libertas quæ in vltimum vitæ e tempus confertur, veluti, *Stichus cum morietur, liber eſto*: nullius momenti exiſtimanda eſt.

Hæc autem ſcriptura, *Stichus ſi Capitolium non aſcenderit*, f *liber eſto*: ita accipienda g eſt, ſi cum primum h potuerit, Capitolium i non aſcenderit. iſto enim modo perueniet Stichus ad libertatẽ, k ſi facultate data aſcendendi Capitolium, abſtinuerit.

Hæc verba, ita vt, faciunt modum, & poteſt quis compelli ad modum implendum Bartolus.

Hac ſcriptura teſtamenti, *Pamphilus liber eſto, ita* l *vt filiis meis rationes reddat*: an ſub conditione data libertas videretur, quæſitum eſt. Reſpondi, purè quidem datam libertatem: & illam adiectionem, *ita vt rationes reddat*, conditionem m libertati non iniicere: tamen quia manifeſta voluntas teſtantis exprimeretur, cogendum eum ad rationes reddendas. n

Pluralis locutio duorum numero eſt contenta. Bartolus.

Poſt annos o indiſtinctè p liber eſſe iuſſus, poſt biennium liber erit. ídque & fauor libertatis exigit, & verba patiuntur: q niſi ſi aliud ſenſiſſe patremfamilias manifeſtiſſimis rationibus ſi à quo libertas relicta eſt, probauerit.

XVIII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

QVi duos heredes inſtituebat, poſt alterius mortem ſeruum liberum r eſſe iuſſerat. is ex cuius morte libertas pendebat, viuo teſtatore deceſſerat. Sabinus reſpondit, liberum futurum.

Si tempus apponitur ſubſtantiæ legati: in dubio tempus incipit à morte teſtatoris. Bartolus.

Hæc * conditio, *Cum moriar, liber eſto*: vitæ tempus ſ complectitur: & idcirco inutilis eſſe videtur.

Libertas.] CASVS. Quatuor habet partes hæc. l. prima eſt: reliqui libertatem ſeruo hoc modo: cum morietur ſeruus, ſit liber. dicitur quòd nullius momenti eſt hæc libertas. Secundo reliqui libertatem ſeruo, ſi non aſcenderit Capitolium. dicitur quòd valet: & tunc erit liber cum potuerit aſcendere Capitolium, & non aſcenderit. Tertio reliqui libertatem ſeruo meo, ita vt filiis meis rationes reddat. dicitur quòd pure eſt relicta libertas: non ſub conditione reddendarum rationum: cogitur tamen reddere rationes. Quarto reliqui libertatem ſeruo poſt annos dandam ab herede meo, non dixi poſt quot annos. dicitur quòd poſt biennium debebitur libertas ab herede: niſi appareat teſtatorem aliud ſenſiſſe, & hoc probetur per heredem. Franciſ. D

e *Vitæ.* ſerui: vt & infra eodem. l. l. fina. & C. de Lati. li. tol. circa princip. & infra de ſtatulib. l. cum heres. §. j. & ſupra de conditio. & demonſt. l. heres meus. §. quamuis. non dantis libertatem: vt infra eod. l. qui duos. §. j. item non heredis, nec extranei: vt. d. l. heres meus. j. & ij. reſpon. Sed contra ſupra quando dies le. ce. l. ſi cum heres. ſed ibi in pecuniario relicto. Item contra. C. de here. inſtit. l. extraneum. ſolu. vt ibi.

f *Non aſcenderit.* ſi dixit non aſcenderit: accipitur cum primum &c. vt ſupra de condit. & demonſt. l. hæc conditio. item ſecus ſi dixit, ſi non aſcendam: vt infra eo. l. Stichus ſi codicillis.

g *Accipienda.* fauore libertatis. Accurſius.

h *Primum.* non idem in ſtipul. hoc modo concepta: vt infra de verb. obli. l. ita ſtipulatus. quæ eſt contra. & plene dixi. ſ. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres.

i *Capitolium.* ſcilicet aſcendere. Accurſius.

k *Ad libertatem.* Niſi voluntas defuncti alia ſit: vt infra eod. l. fin. ij. reſpon.

l *Ita vt.* hoc eſt quod facit modum.

m *Conditionem.* aliàs cõditioni libertatis non nocere, & aliàs conditionem libertati non iniicere. Accurſius.

n *Reddendas.* ſic enim eſt in modo: vt not. C. de his quæ ſub modo. l. j.

o *Poſt annos.* aliàs poſt annos: & tunc plana. & ſic facit. ſ. de teſti. vbi. & infra de verborum ſignifica. l. inter illam. §. ita. aliàs poſt annum. & tũc plurale pro ſingulari pone, vel ſubaudi, vel biennium. & ſic facit. ſ. de leg. ij. l. ſi ita relictum. §. fin.

p *Indiſtinctè.* id eſt non determinando numerum annorum. alij dicunt non determinando incipiat currere ex die teſtamẽti, vel mortis. ſed hoc ſoluitur in l. proxi. §. fina.

Fauorabilis ſenſus in dubio accipiendus eſt.

q *Verba patiuntur.* pluralis enim, &c. vt. d. l. vbi. & not. in dubio fauorabiliorem ſenſum accipi: vt. ſ. de iure do. l. nuptura.

Q*Vi duos.*] CASVS. Inſtitui Titium & Sempronium meos heredes: & ſi Titius qui erat vnus de heredibus decederet, reliqui ſeruo meo libertatem. dicitur quòd ſi Titius decedat etiam me teſtatore viuo, debebitur libertas ſeruo: & intelligas poſt aditam hereditatem ab alio herede meo. [HÆC CONDITIO.] Libertatem tibi reliqui cum moriar. videtur tempore vitæ meæ tibi deberi libertatem, ſcilicet tunc cum ſim in articulo mortis: & ſic eſſet inutilis: cum hoc ego nolui: ſed tamen de æquitate dicitur poſt mortem meam tibi deberi libertatem. Secundo reliqui libertatem ſeruo ad annum. ſenſus verborum eſt quòd vſque ad annum ſit liber, quod eſſe non poteſt de iure: tamen ex æquitate interpretantur hæc verba, vt poſt annum ſit liber. Tertio poſt annum quo hoc teſtamentum erit factum, ſis liber: dicitur quòd hæc conditio non eſt inutilis, ſi contingat teſtatorem intra annum mori, quia ille erit liber completo anno incepto à tempore teſtamenti conditi. Franc. Accurſius.

* Hic deciditur quæſtio de qua apud philoſophum Taurum diſputatum fuiſſe Gellius auctor eſt libr. 6 ca. 15.

r *Liberum.* nam in vim conditionis fuit relicta, quæ viuo teſtatore potuit impleri: vt hîc, &. C. de inſtit. & ſub. l. ſi quis. & ibi dixi. Quid autem ſi ab herede foret danda? Reſpon. idem: vt. j. de fideicom. li. l. cum vero. & l. ſi pro non ſcripta. &. C. de cadu. tol. §. in primo. item accipe hereditatem aditam ab alio, vt diximus ſupra eo. l. cum ſeruus.

ſ *Tempus.* nam viuus moritur: non mortuus. vnde ex vi verborum viuente teſtatore eſſet liber: & hoc teſtator noluit, & ſic inutilis videtur: vel etiam ſaltem tempore mortis ſtatim ex vi

verborum debet eſſe liber, ſed hoc nõ vult ius, ſed demum adita hereditate : vt infra eo.l.teſtamento. Accurſius.

a *Mortem*. quia morte demum relicta confirmatur.R.

b *Ad annum*. vis verborum eſt, vt interim hinc ad annum ſit liber : non poſt. ſed hoc non vult ius, quia ad diem dari non poteſt : vt infra eodem.l. libertas. & ideo fit hæc interpretatio, vt intelligantur verba ex die : quod eſſe poteſt: vt infra eo.l.teſtamento manumiſſus.§.j.

c *Accipiatur*. huic verbo ſupponit inferior conditio, quæ à teſtatore poſita, ſi accipiatur hoc modo quo ſuperior, & ſic poſt mortem : non tamen erit inutilis, quin anno träſacto à die teſtamenti conditi conſequatur libertatẽ : & ſic tria ſunt ſimilia : ad annum liber eſto. item poſtquã moriar liber eſto. item poſt annum quàm hoc teſtamentum factum erit. licèt hæc vltima parum plus habeat vtilitatis, ſi contingat teſtatorem decedere dudum poſt teſtamẽtum intra annum, vel etiam poſt, cum computetur ex die teſtamenti. Alij econtra dant ſuppoſitum verbo accipiatur, per ſuperiorem primã conditionem, ad annũ liber eſto: quæ ſuperior ſi accipiatur hoc modo quo inferior, non tamen erit inutilis, quin à die mortis anno computato competat libertas: & hoc ex interpretatione, non ex vi verborum. facit.j.eod.l.ſi ita.Accurſius.

tur. Sed melius eſt verba benignius interpretari, vt poſt mortem [a] ſuam videatur teſtator ei libertatem reliquiſſe. Sed multo magis hæc, *Ad annum* [b] *liber eſt* : vel ita accipi poteſt, *Poſt annum quàm moriar, liber eſto*. & licet hoc modo accipiatur, [c] *Poſt annum quàm hoc teſtamẽtum factum erit, liber eſto* : ſi euenerit vt intra annum teſtator decedat, inutilis non erit.

XIX. IDEM *libro tertio ad Vrſeium Ferocem*.

B QVidam heredem [d] ſuum rogauerat, vt ſeruum manumitteret: deinde ſi heres eum non manumiſerit, liberum eſſe iuſſerat : eique legauerat. heres eum manumiſit. plerique exiſtimant, hunc ex teſtamento libertatem [e] conſequi. ſecundum hoc legatum quoque ei debetur. [f]

Meminiſſe videtur, qui non apparet dememiniſſe. Bartolus.

XX. AFRICANVS *libro primo Quæſtionum*.

SEruos legauit, & cauit ita: *Rogo, ſi promeruerunt, dignos eos libertate exiſtimes*. [g] Prætoris hæ partes ſunt, vt cogat libertatem præſtari : niſi ſi quid tale hi ſerui admiſerint, vt indigni ſint quò libertatem conſequantur : non etiam vt talia officia [h] ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debent. arbitrium tamen eius erit, qui rogatus ſit, quo tempore quemque velit manumittere : ita vt ſi viuus non manumiſiſſet, heres eius ſtatim libertatem præſtare cogatur.

Dictio imò, ponitur correctiuè. Bartolus.

XXI. IDEM *libro quarto Quæſtionum*.

QVidam heredem.] CASVS. Rogaui heredem meum vt ſeruum meum manumittat : & ſi non manumiſerit, iuſſi eum eſſe liberum : eidémque legatũ reliqui. dicitur quòd licèt heres non manumittat, tamen hic ſeruus erit liber ex teſtamento, & legatum habebit. Franciſ.

d *Quidam heredem*. aliàs, quidam heredem : & aliàs, quædam heredem : & aliàs, qui fratrem heredem. Accurſius.

e *Libertatem*. directã: & ſic fuit ſeruus teſtatoris: vt.C.eo.l.ſeruo.

f *Debetur*. vt & ſupra eo.l.ſi quis ita ſit legatus.in princ.

SEruos legauit.] CASVS. Legaui tibi ſeruos, & dixi, ſi de te promeruerint : rogo vt eos dignos libertate exiſtimes, id eſt vt eos manumittas. dicitur quòd prætor coget te vt eos manumittas : quaſi ſemper præſumantur digni, niſi hi ſerui commiſerint aliquod delictum contra te propter quod videantur indigni. Secundò pone quòd dixi : quocumque tempore vis manumitte quem vis de iſtis ſeruis. dicitur quòd ſi tu viuus non manumiſiſti: heres tuus cogetur manumittere. Franciſcus.

g *Exiſtimes*. id eſt liberos eos facias. R. vel ſubaudi hic, manumitte eos. Accurſius.

h *Officia*. id eſt ſeruitia : vt.C.de nego.geſt.officio.& not. quemlibet præſumi bonum, niſi probetur malus. ſic.j.eo.l.teſtamento centurio. in prin.&.§.fin.&.j.titu.j.l.talis.§.ſororem.& ſupra de le.ij.l.cum quidam.&.C.de inoffi.teſta.l.omnimodo. Item argu. ſupra de lega.ij.l.cum pater.§.rogo.& de reb.dub.vtrum.§.j.

A STichus.] CASVS. Ego teſtator in teſtamento reliqui libertatem ſeruo hoc modo, Stichus, imò Pamphilus, eſto liber. quaſi ego teſtator emendare videar errorem circa Stichum. idem erit & ſi dixi, Stichus liber eſto : imò Pamphilus liber eſto. nam & hoc caſu Pamphilus erit liber, prædicta ratione. Franciſ.

STichus, [i] † *imò Pamphilus, liber eſto*. Pamphilum liberum futurum reſpondit. quodammodo enim emendaſſe errorem ſuum [k] teſtatorem. idémq; iuris fore etiã ſi ita ſcriptum fuerit : *Stichus liber eſto, imò Pamphilus liber eſto*.

Quitatio tutoris valet, niſi inter ipſum & eum cui eſt facta, ſit colluſum. hoc dicit. Barto. lex ſequens plana eſt.

XXII. IDEM *libro nono Quæſtionum*.

B QVi filium impuberem heredem inſtituit, Stichum ratione argenti quod ſub cura eius eſſet, reddita, liberum eſſe iuſſerat. is ſeruus parte [*] argenti ſubtracta, cum tutore diuiſit : atque ita tutor parem [l] ei rationem adſcripſit. Conſultus [m] an Stichus liber eſſet, reſpondit non eſſe liberum. Nam quod alioquin placeat, [n] ſi ſtatuliber pecuniam dare iuſſus, tutori det, vel per tutorem ſtet quominus cõditioni pareatur, peruenire eum ad libertatem : ita accipiendum, vt bona fide, & citra fraudem [o] ſtatuliberi & tutoris id fiat : ſicut & in
C alienationibus rerũ pupillarium ſeruatur. [p] Itaque & ſi offerente ſtatulibero pecuniam tutor in fraudem pupilli accipere nolit, [q] non aliter libertatem contingere, quàm ſi ſeruus fraude careat. Eadémque & de curatore dicenda. Item quęſitum eſt, rationem argenti reddere iuſſus, in quem modum intellegendus ſit conditioni paruiſſe : id eſt, an ſi quædã vaſa ſine culpa [r] eius perierint, atque ita reliqua vaſa heredi bona fide adſignauerit, perueniat ad libertatem. Reſpondit, peruenturum. nam ſufficere, ſi ex

i *Stichus*. facit hoc ad quæſtionem quã ſcripſi in authen.de teſti.§. quia vero. ibi in gloſ. ſed quid ſi ille.

k *Errorem ſuum*. ait Africanus. & no. imò correctiuè poni in libertatibus. ſic & in inſtitutionibus : vt ſupra de heredi. inſtitu. l. ſi ita ſcriptum. quandoque non : vt. C.de nou. C. compo. ibi, imò & mutatam, &c.

QVi filium.] CASVS. Titius habens filium impuberem, eum heredem inſtituit : & Sticho ſeruo libertatem reliquit, ſi redderet rationes argẽti quod ſub cura eius fuit. tandem ille Stichus ſeruus partem argenti quod ſubripuerat, cum tutore pupilli diuiſit : & tutor ſcripſit qualiter erãt bene redditæ rationes ab iſto ſeruo Sticho. quæritur an iſte ſeruus Stichus ſit liber: & dicitur quòd non. nam ſicut in alienat. rerum pupillariũ : ita hic exigitur bona fides. Item ſtatuliber grauatus dare pupillo, ſi det eius tutori, ita demum liberatur & efficitur liber, ſi ſeruus & tutor fraude careãt. ita & in noſtro caſu debebant cauere in reddendis rationibus, quòd non fuerint vſi fraude : & ideo ratio pro non reddita habetur. Vltimo dicit qualiter debet iſte ſeruus Stichus reddere rationem argenti vt efficiatur liber : & certe illud ar-
D gentum quod habet de bonis pupilli, debet ei reddere. & ſi quædam vaſa argentea amiſiſſet ſine dolo & culpa, non tenetur ad ea : ſufficit enim ſi ex bono & æquo rationem reddat. Franciſ. Accurſius.

† Iſte tex. eſt not. ad hoc ꝙ dictio imò, eſt correctiua pręcedentiũ: licet aliquando addat vel copulet: vt ĩ l. imò. de libe. cau. Bol. Adde tu tex. ĩ c. innotuit. & ibi Panor. num. 5. & ibi notaui in apoſtil. ad ipſum in verſi. dictio imò. extra de elect. & in. c. accedẽs. 1. & ibi iterũ no. in apoſtil. ad ipſum. ĩ ver. imò. extra vt lite nõ conteſta. de quo omnino per Bald. in. l. t. col. 8. C. de fur. & Ro. in rub. de arbi. col. 17.

* partẽ arg. ſubtractam.

l *Parem*. id eſt recte eum reddidiſſe rationem ſignificauit, vt ſic eum liberum quaſi conditione impleta oſtenderet. R.

m *Conſultus*. Africanus. Accurſius.

n *Placet*. vt infra de ſolu. ſi ſeruus. x. & l. Stichum aut Pamphilũ. §. vſumfruct. in fine. Accurſius.

o *Fraudem*. ſic ſupra loca. l. ſed addes. in princ. & infra pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor.

p *Seruatur*. & tunc demum à tutore facta valida fit alienatio, cum ipſe fraude caret : vt ſupra de mino. & ſi ſine. §. j. & l. penult. & C. ſi aduer. vend. l. ij. & C. de prædi. mi. l. ij.

q *Nolit*. ſcilicet tutor.

r *Culpa*. etiam leuiſſima, ſi cum mãdato gerebat : vt. C. man. l. à procuratore. aliàs leui regulariter: vt. C. de nego. geſt. tutori. nam ita in ſeruo debet eſſe, vt ſi liber gereret: vt. s. de pecu. non ſolum. §. j. ſecus in libero homine bona fide poſſeſſo, qui de lata tantum te-

tũm tenetur:vt infra de acqui.re.do.l.homo liber.in princ.

a *Paterfamilias*.ſic ſupra eo.l.ſi ita ſit ſcriptum.

T*Eſtamento*.] CASVS. Manumiſſus in teſtamento tunc fit liber, quando adita eſt hereditas ex teſtamento, & teſtamẽtum tenet:vel ſi inſtitutus omiſit ex teſtamẽto,& ab inteſtato adiuit: & hoc eſt verum quando libertas erat relicta purè: & ſufficit quòd ab vno adeatur hereditas. Si autem in diem vel ſub conditione relicta eſt libertas: tunc competet libertas,cum dies venerit, vel conditio. Franciſ.

æquo & bono rationẽ reddat.denique quam rationẽ bonus paterfamilias [a] reciperet,ea heredi reddita impletam conditionẽ videri.

XXIII. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

TEſtamento manumiſſus ita demum fit liber,ſi teſtamentum valeat,& ex eo adita ſit hereditas: [b] vel ſi quis omiſſa [c] cauſa teſtamenti ab inteſtato poſſideat hereditatem. Teſtamento data libertas competit, purè quidem data,ſtatim quàm adita fuerit hereditas vel [d] ab vno [e] ex heredibus.ſi in diem [f] † autem libertas data eſt,vel ſub conditione: tunc competit libertas,cum dies venerit,vel conditio extiterit. [g]

Serui nominatim videntur manumitti, etiã quando non nomen eorum ponitur,ſed nomen officij quod habebant, veluti pictorem aut piſtorem.Franciſ.

XXIIII. GAIVS *libro primo Rerũ cottidianarum ſiue aureorum.*

NOminatim [h] videntur liberi eſſe iuſſi, qui vel ex artificio,vel officio, [i] vel quolibet alio modo euidẽter denotati [k] eſſent, veluti diſpenſator meus, cellarius meus,cocus meus,Pamphili ſerui mei filius. [l]

Libertas teſtamẽto relicta tunc valet,cùm hereditas aditur etiam ab vno,& in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Franc.

XXV VLPIANVS *libro quarto Regularum.*

TEſtamento liber eſſe iuſſus, tunc fit liber, cũ adita fuerit hereditas qualibet ex parte:ſi modò ab eo gradu [m] quo liber eſſe iuſſus eſt, adita fuerit, & purè [n] quis manumiſſus [o] ſit.

Si quis inſtituit aliquem,& ſubſtituit ſeruum cum libertate, & ſi primus heres erit, legatũ reliquit ſeruo nõ expreſſa libertate: ſeruus iſte liber erit etiam iſto caſu.

XXVI. MARCIANVS *libro primo Regularum.*

b *Hereditas*.vt. C. eod. l.ij.

c *Omiſſa*.in fraudem.aliàs ſecus:vt.C. ſi omiſ. ſit cauſa teſt.l.j. in prin. & in fine.

d *Vel*.pro ſaltem. Acc.

e *Ab vno*.vt &.j. e. l. teſtamento.&.s̃. eod.ſi legato ſeruo.§.fin.ſic in tutela:vt.s̃. de teſtamẽtaria tutela.l. ſi nemo.

† i.ex die.ſic in.l.9.§. vlti. s̃. de hered. inſtit.

f *In diem*. id eſt ex die, non ad diem:vt.j̃.e.l.libertas.

g *Extiterit*. ſic infra de verb.ſign.cedere. &.C. de cadu.tol.§.ſin autẽ.

N*ominatim*.] CASVS. Serui nominatim videntur manumitti, etiã quando non nomẽ eorum ponitur, ſed nomen officij quod habebant: vt ſi dicam, ſeruum meum pictorẽ liberum eſſe volo: vel ſic,ſeruũ meum diſpenſatorẽ liberum eſſe volo: vel ſimile per quod cognoſcitur. Franc.

h *Nominatim*. facit infra eo.l.nominatim.

i *Officio*.hæc differunt inter ſe:vt.s̃.de leg.iij.l. legatis.§.j.Accur.

k *Denotati*.vt ea demõſtratio fungat᷑ vice nominis.R.vt.s̃.ſi cer.pet. l.certum eſt.Accur.

l *Filius*.cum vnum ſolum filium habet: vt.s̃. de lib. & poſthu.l.ij. & ſemper ſubaudi,liber eſto. ſi autem non apparet de quo ſenſerit, obtinet quod dicitur. j̃. e. cum ex pluribus.

T*Eſtamẽto*.] CASVS. Libertas teſtamẽto relicta tunc valet, cũ hereditas aditur etiam ab vno,& in eo gradu erat relicta, & pure erat relicta . Franciſcus Accurſius.

m *Gradu*.inſtitutionis,vel ſubſtitutionis.ſic.s̃.de lega.præſtã. ſed & ſi pro dote.§.nõ omnia.Sed quid ſi ab inſtituto libertas, à ſubſtituto hereditas relinquatur eidẽ?videtur nõ deberi libertas,cum inſtitutus nõ adeat,per.l.iſtã.Sed arg.cõtra.s̃.de leg.ij. cũ pater.§. ab inſtituto.ſed reſpon.vt not.C.ſi quis omiſ.cau.teſt.l.j.

n *Purè*.alioquin ſecus:vt ſupra eo.l.teſtamento.

o *Manumiſſus*.i.manumitti iuſſus.ar.contra.huic.l.C.eo.l.iij.

D*Iuus*.] CASVS. Titius in teſtamento ſuo ſcripſit Sẽpronium heredẽ:& ſi heres nõ eſſet,ſubſtituit ſeruũ ſuũ Stichum cum libertate.Itẽ ſi Sempronius erit heres,reliquit legatũ Sticho.dicitur ꝙ videtur & ei libertatem relinquere etiam in hoc caſu. Fran.

p *Legatum erat*.hoc modo,ſi heres,&c.

q *Libertate*.id eſt non habita mentione libertatis in legando.

r *Libertas*.habebit ergo legatum & libertatem, ſi heres non erit: quod erit adeunte inſtituto,ſed videtur neutrum habere:vt.C.de neceſſ.ſer.her.inſti.l.pe.§.illo.quæ eſt cõtra.Sol.hic videtur repetita conditio libertatis, quæ erat appoſita in ſubſtitutione: vt ſupra de condit.& demonſtr. auia.& de condit. inſti. l.cum ſeruus.Accur.

DIuus Pius & diui fratres fauorabiliter reſcripſerunt: cũ ſeruo cum libertate ſubſtituto legatũ erat, [p] ſi heres non eſſet,nõ adſcripta libertate: [q] perinde haberi, atque ſi adſcripta eſſet & libertas. [r]

XXVII. PAVLVS *libro primo ad legem Aeliam Sentiam.*

QVi potuerint apud cõſilium manumittendo ad libertatem perducere, [ſ] poſſunt etiam neceſſarium heredem facere: vt hæc ipſa neceſſitas probabilem faciat manumiſsionem. [t]

Seruus cui libertas relicta eſt his duabus conditionibus hac . l. expreſsis,vtroq; caſu liber erit.h.d.

XXVIII. IDEM *libro ſingulari de Iure codicillorum.*

STichus*, ſi codicillis eum non vetuero liberum eſſe,liber eſto*.ſic eſt atque ſi diceret: *Stichus, ſi in Capitolium non aſcendero*, [u] *liber eſto*. nã & heres ſic inſtitui poteſt.

Licet teſtamentum rumpatur propter præteritionem liberorũ: ſerui tamen quibus eſt data libertas in illo teſtamento, ſi per quinquennium fuerint in libertate, liberi remanebunt.

XXIX. SCÆVOLA *libro vicenſimotertio Digeſtorum.*

VXorem prægnãtem repudiauerat,& aliam duxerat.prior enixa filium expoſuit. hic ſublatus [x] ab alio educatus eſt.nomine patris vocitatus . vſque [y] ad vitæ tempus patris,tam ab eo, [z] quàm à matre,an viuorum [a] numero eſſet ignorabatur.mortuo patre,teſtamẽtóque eius quo filius neque exheredatus neque heres inſtitutus ſit,recitato,filius & à matre & ab auia paterna adgnitus, hereditatem patris ab inteſtato quaſi legitimus poſſidet. quæſitum eſt, hi qui teſtamento libertatem acceperunt, vtrum liberi, an ſerui ſint. Reſpondit, filium quidem nihil præiudicij paſſum fuiſſe, ſi pater

Q*Vi potuerint*.] CASVS. Sicut minor.xx.ann.poteſt dare libertatẽ ſeruo ſuo certis de cauſis: ita poteſt eum inſtituere ſibi heredem neceſſarium, & per hoc liberum efficere,quaſi & hæc ſit cauſa iuſta habere eum in heredem.Franc. Accur.

ſ *Perducere*.qui numerãtur inſtit.qui ma.non poſ.§.eadẽ. &.s̃. tit.ij.l. ſi minor an.xx.&.l. ſeq.

t *Manumiſsionem*. id eſt cauſã manumiſſionis. Azo.etiam ſi nõ ſubſit aliqua de prædictis . ſic s̃.ti.ij.l.illud.§.j.ſic iure inſtitutionis licet,quod aliàs non liceret: vt inſtit. qui ma. non poſ.in prin.&.§.licet.

Inſtitutionis iure licet ꝙ aliàs non liceret.

S*Tichus*.] CASVS. Ego teſtator dixi in teſtamento,Stichus ſit liber, ſi codicillis eum non vetuero eſſe liberum . dicitur quòd perinde eſt ac ſi dixiſſem,ſi in Capitolium non aſcendero, ſit liber. nam vtroque caſu me mortuo erit liber, ſi non reuocaui in codicillis: vt in primo caſu: vel ſi nõ aſcendi Capitolium, vt in ſecundo . Vltimo dicit quòd heres poteſt inſtitui ſub aliqua de prędictis cõditionibus. Franc.Accurſius.

Alciat lib. 4. diſpũc.ca. 1.

u *Non aſcendero*.quæ cõditio locum habet me mortuo: vt arg.infra de verbo.oblig. quicquid. §. fi. & de his dixi ſupra eo.libertas.§.j.

V*Xorem*.] CASVS. Quidam habẽs vxorem prægnãtem,eiecit eam de domo,accepit aliam:expulſa in aliqua domo voluit ſtare, & peperit. poſtea partũ eiecit forte ad aliquod hoſpitale.aliquis recollegit eum, & tenuit eum,& nutriuit.pater iſtius pueri veniens ad mortẽ, neſciebat de iſto filio quid eſſet, an eſſet viuus vel non.inſtituit quendam aliũ heredem:& de iſto puero nihil dixit:reliquit ſeruis libertates. ille inſtitutus adiuit hereditatẽ.nunc hic puer venit & probat ſe filiũ defuncti:& ſic teſtamentum ruptum dicit per pręteritionem.obtinuit:& ſic habet bona.modo quęritur quid erit de libertatibus. & dicitur quòd poſtquam ſerui ſteterunt vt liberi per ſpatium quinquennij,amodo non debent reuocari in ſeruitutem.Fran.

x *Sublatus*.id eſt natus.

y *Vſque*.cum ſequentibus iunge.

z *Ab eo*.ſcilicet patre.

a *Viuorum*.id eſt an eſſet viuus.Accurſius.

a *Non valere.* In quo præteritus eſt: vt inſtitu. de exhere. lib. in princ. Sed contra. ſ. de inoffic. teſta. ſi inſtituta. §. fin. Sed ibi fuit matris præteritio, quæ habetur pro exheredatione: vt inſti. de exhere. lib. §. mater. hic patris.

b *Studium.* dabunt tamen .xx. aureos: vt arg. ſ. de inoffi. teſta. Papinianus. & eſt hic ſpeciale. aliàs contra: vt. C. de fideicõ. l. eam quam. ſed per auth. videtur eſſe ius commune: vt. C. de lib. præ. auth. ex cauſa. & facit. C. de inoffic. teſta. cum ex cauſa.

eum ignorauit: & ideo cum in poteſtate & ignorantis patris eſſet, teſtamentum non valere. a Serui autem manumiſſi ſi per quinquennium in libertate morati ſunt: ſemel datam libertatem infirmari, contrarium ſtudium b fauori † libertatis eſt.

XXX. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Edictum.*

SI ſerui qui apud hoſtes ſunt, liberi eſſe iuſſi ſunt, ad libertatem perueniunt, c quamuis neque teſtamenti neque mortis tem- B pore, d *teſtantis, ſed hoſtiũ fuerunt. †

Incertitudo rerum & perſonarum vitiat legatum. Bartolus.

XXXI. PAVLVS *libro viceſimoſexto ad Edictum.*

CVm * ex pluribus eodem nomine ſeruis, vnus liber iuſſus non appareat quis ſit, nullus e liber eſt.

Exiſtẽtia ſui heredis confirmat libertates. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS *libro ſexageſimoquinto ad Edictum.*

SCiendum eſt, neceſſario f herede exiſtente, quamuis ſe abſtineat, tamen libertates competere, g ſi modò non in fraudem h legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint. C

XXXIII. PAVLVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

LIbertas ad tempus dari non poteſt. i

XXXIIII. IDEM *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.*

IDeóque k ſi ita ſcriptum ſit, *Stichus vſque ad annos decem liber eſto*: temporis adiectio ſuperuacua eſt. l

XXXV IDEM *libro quinquageſimo ad Edictum.*

† Flo. fauore

Seruo.] CASVS. Seruo meo, licet ab hoſtibus capto, poſſum relinquere libertatem: & reuerſus ab hoſtibus habebit eam: licet neque mortis meæ tempore neque teſtamenti fuerit meus, ſed hoſtium. Franc. Accur.

* in poteſtate teſtantis.

† Anto. Auguſt. lib 3. ca. 1. ait in lib. Flo. ſequentes leges fuiſſe tranſpoſitas, ſed verũ earũ ordinẽ litteris Græcis fuiſſe indicatum.

c *Perueniunt.* ſcilicet iure poſtliminij, ſi reuerſi fuerint. R. ſic & legati: vt ſupra de leg. j. l. quod. & ad hoc infra eod. titu. ab omnibus. §. etiam. & infra titu. j. generaliter. §. hoſtium ſeruo. & ſupra fa. erciſc. l. propter.

* In hunc locum Quin til lib. 7. inſti. ora cap. de ambiguo ſeu amphibolia.

d *Tempore.* infra eod. l. ſeruus. contra. ſolue vt ibi.

e *CVm ex pluribus. Nullus.* vt infra de reb. dub. ſi fuerit. & hoc in directis, ſecundum quoſdam. ſecus in fideicõmiſſariis: vt infra de ſtatulibe. Labeo. in fi. &. C. de fideicom. lib. l. cum inter. & l. pe. quæ ſunt contra. quod non placet: imò idem in fideicom. vt ſupra de reb' dub. ſi quis de pluribus. & dictæ leges in certis caſibus loquuntur. ſecus ſi legetur Stichus: nec apparet de quo: vt ſupra de leg. j. ſi quis à filio. §. ſi quis. & ſic eſt deterior conditio libertatis: quod eſt ſpeciale. Item non ob. C. de verb. ſign. l. cũ quidam. quia ibi alternatiuè: & ſic ponitur vel pro &. Item nec obſtat. C. communia de leg. l. fin. in princip. quia & ibi alio caſu dicit. Item not. hic, in dubio eſſe neutrum. ſic ſupra de teſta. tute. duo. & d. l. de reb. dub. ſi fuerit. & ſupra de rei vindic. ſi frumentum. §. fina. & de in diem addi. cum duo. in fi. & ſupra de here. inſtit. in tempus. §. j. ſed videtur hodie hæc lex corrigi: vt inſtitu. de lega. §. libertas. &. §. ſed nec ſed ibi de tali incertitudine dicit, quæ ad certitudinem reduci poteſt. a Item argum. contra. huic. l. ſupra de his quę in teſta. delen. l. ij. in fi. ſed alio modo erat ibi dubium. Accurſius.

Libertatis quandoque deterior eſt conditio.

a] Imò ſpecie nõ eſt quoniã illic rerũ eſt incertitudo, hic verò rerũ & perſonarũ. Et ro. per Dy. in c. in obſcuris. extra de re. iur. ſecundũ Bart. hic.

Sciendum eſt.] CASVS. Filius inſtitutus licet abſtineat ab hereditate, libertates tamen tenent, niſi ſint relictę in fraudẽ creditorum. Franc. Accurſius.

f *Neceſſario.* ſcilicet filio, qui eſt ſuus & neceſſarius. hic quidem poteſt abſtinere. ſeruus autem qui eſt tantum neceſſarius, non poteſt: vt inſti. de here. qua. & dif. in princ. &. §. ſui. &. §. ſed & his.

g *Competere.* quia remanet heres nomine: vt infra titu. j. cum quaſi. §. ſed & ſi quis. & ſupra de bo. lib. l. vj. §. ſi filius non re, vt ſupra de interro. act. ſi filius. nec obſtat. C. eo. ſi hereditas. quia in extraneo herede ibi dicit. & de hoc dixi. C. ſi minor ſe ab hered. abſti. l. j.

h *Non in fraudem.* puta in fraudem creditorum: vt inſtitu. qui ma. non poſ. in princip.

A *Libertas.*] CASVS. Libertas non poteſt dari ad tempus: vt ſic, ſis liber vſque ad .x. an. & ſi tale tempus apponitur, tollitur: & erit perpetua. & hoc dicit hæc. l. cum. l. ideoque. quæ eſt infra proxi. quam cõtinua cũ iſta Franc.

ſimo ad Edictum.

SEruius exiſtimabat, his poſſe ſeruis dari teſtamẽto directam libertatem, qui vtroque tempore, & quo teſtamentũ fit, & quo moritur, teſtatoris fuerũt. m quæ ſententia vera eſt.

Cui relicta eſt libertas, ſi iuret decem operas ſe daturũ filio meo: ſi iurat, erit liber: non tamen tenetur ex iuramento, niſi iuret factus liber, id eſt poſt manumiſsionem. Bartolus.

XXXVI. IDEM *libro ſeptimo ad Plautium.*

SEruum teſtamento ita manumiſi: *Si iurauerit ſe Cornelio filio meo decem operarum* † *daturum, liber eſto.* quęritur quid iuris ſit. Et ſciẽdum eſt iurando ſeruum cõditionem implere, n ſed non teneri operarum nomine: quia niſi poſt manumiſsionem iuret, non obligatur. o

XXXVII. IDEM *libro nono ad Plautium.*

NOminatim codicillis manumiſſus videtur ſeruus, cuius nomen teſtamento continetur. p

XXXVIII. IDEM *libro duodecimo ad Plautium.*

LIbertas teſtamento ſeruo ita dari poteſt, *Cum per leges licebit,* q *liber eſto.*

Datio libertatis in id tẽpus quo ſeruus alien' futurus eſt, nõ valet: licet ſtatuliber poſt alienationem fiat liber ex teſtamento. Item legatum & libertas conueniunt in hoc, quia neutrum eorum debetur ante euentum conditionis.

XXXIX. IDEM *libro ſextodecimo ad Plautium.*

STichus ſeruus meus, ſi eum heres alienauerit, liber eſto. inutili-

i *Non poteſt.* vt ſic relicta valeat: ſed adiecto tempore valet libertas: vt infra eo. ideoq;. quæ poteſt huic continuari. ſic ſupra de ſerui. l. iiij. & ſupra de hered. inſtitut. hereditas. & de adopt. quæſitum. ſed ex eo die poteſt dari: vt. ſ. eo. qui duos. §. fina. & l. teſtamẽto manumiſſus. §. fi. & infra eod. l. ſi ita. arg. cõtra. j. de reg. iur. l. actus.

k *Deoque.* hæc iungitur ſuperiori. l. libertas. & dic vt ibi.

l *Superuacua eſt.* libertate cum effectu procedente.

† operarum ſubaudi, nomine. aliàs, operas.

Seruus.] CASVS. Ad hoc vt directa libertas poſſit dari ſeruo, eſt neceſſe quòd ſeruus ſit teſtatoris tempore quo teſtatur: item tempore quo moritur. Franc. Accurſius.

m *Fuerũt.* re vel ſpe: vt ſupra eod. l. ſi ſerui. quæ eſt contra. Item hoc in directa: ſecus in fideicõ. vt. C. eo. tit. ſeruo. & facit infra eod. libertates. & l. verum eſt. & inſtit. de hered. qua. & differ. §. in extraneis.

Seruum.] CASVS. Reliqui libertatem ſeruo meo, ſi iuret ſe daturum decẽ operas Cornelio meo filio. dicitur quòd ſi iurat, erit liber: non tamen tenetur nec obligatur ex iuramẽto, niſi iuret factus liber: ſcilicet poſt manumiſſionem. Francis.

n *Implere.* ſic infra de ſtatulib. l. Stichus ſi heredi. & ad Treb. l. heredibus. in fi. & ſupra de condit. & demonſt. l. Mæuius. & dixi ſupra eo. l. ſi quis libertatem.

D o *Non obligatur.* vt. ſ. de op. liber. vt iuriſiu. & . j. de libe. cau. l. fi. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæ onerandæ. ſed fallit. C. an ſer. ex ſuo fac. l. promiſſæ.

p *NOminatim. Cõtinetur.* puta dixi in codicillis, ille quem in teſtamẽto nominabo, vel nominaui, liber eſto. ad quod ſupra de condit. inſtit. l. in teſtamento. in princ. & . ſ. ſi cer. peta. certũ eſt. & ſupra eod. l. nominatim.

Libertas.] CASVS. Relinquo tali libertatem cum per. ll. licebit. tenet hæc datio: & erit liber, niſi leges prohibeant eum poſſe manumitti, quod quandoque faciunt. Franc.

q *Licebit.* licebit autem, ſi leges non prohibeãt: vt ſupra ex quib. cau. l. necnon. §. j. prohibent enim quandoq;: vt ſupra de manu. l. lege Flauia. ſtatim ergo erit liber, ſi lex non prohibet.

Stichus.] CASVS. Stichus ſeruus meus, cum eum heres alienauerit, liber eſto. hæc datio libertatis non tenet: & reddit rationem, quia libertas in id tempus confertur quo alienus eſſet, nec videtur aliud in ſtatulibero. nam heres vendendo interim ſtatuliberum, adueniente condit. bene fit liber, licet reperiatur alienus. & hoc eſt ideo. quia factum heredis non poteſt perimere factum

factum defuncti. Poſtea dicit: libertas & legatum ſimilia ſunt in hoc quòd vtrumque relictum ſub condit. non debetur ante condit. Vltimo dicit: quidam in teſtamento reliquit libertatem ſeruis ſuis, hoc modo: relinquo libertatem talibus ſeruis, cũ heredis eſſe deſierint. non valet talis donatio libertatis. Franc. A

a *Libertas*. directa: vt & C. eo. ſeruo. ſecus ſi dicat, nolo quòd alterius ſeruitutem patiatur: vt infra titu. proxi. cum fidei. ſed hæc ratio quæ ſequitur, non videtur bona: vt. C. ſi man. ita fu. al. ne ma. l. ij. ſed hîc aderat ſolius relinquẽtis voluntas: ibi vtriuſque paciſcẽtis fuit: vnde ſuccedit conſtit. etiã eo tẽpore quo iã deſiit eſſe tradentis. Accur.

* pro quippe. vt. ſ. de acqu. hered. l. 3. §. ex contrario. & l. 18. §. ſi furioſo.

† At quid.

b *Perimitur*. vt. C. eod. ſtatuliberis.

c *Eo modo*. Tribus modis expone. Primo ſi heres meus Stichum alienauerit, lego. x. eidem ſeruo. nam non valet quãtum ad ſeruum: ſed quãtum ad emptorem cui adquiritur, ſic: vt C. de cadu. tol. §. in nouiſſimo. Secundo ſic, ſi heres meus Stichum alienauerit, eundem Stichum Titio lego. nam non valet, vt directò tranſeat dominium in Titium. & ſecundum hos duos fit ſimilitudo inter hunc & primum caſum. l. Tertio ſecundum R. quia ſiue libertas, ſiue legatũ ſub conditione, puta ſi nauis ex Aſia venerit, relinquatur, eſt idem, quia interim pendet vtrumque: adueniente conditione valet vtrumque: ea deficiente vtrumque deficit: & ſecundũ hoc dico eo modo, id eſt ſub conditione. & non reſpicit primum caſum. l. ſed illud quòd vtiliter eſt data libertas. & hoc dixit hic Io. his verbis, dato. ſ. ipſi ſeruo, vel data. ſ. ſub conditione, vel non, tranſit directo ad legatarium.

* ſufferre.

† reſtitutum iri. Vide Anto. Aug. lib. emen. 2. c. 2.

* eam verã.

d *Vtilem habet*. facit ſupra de vſufru. Titio. ad primum caſum legis & vltimum. & caue: quia non vetuit alienare: aliàs ſi vetuiſſet alienare, non teneret: vt ſupra de leg. j. filiusfamilias. §. diuus.

IVlianus.] CASVS. Grauaui heredem vt ſeruum Stichum daret Titio. Item grauaui iſtum eundem heredem vt manumitteret iſtum Stichũ. dicitur quòd libertas debetur, legatum non. Secundo legaui purè ſeruum Stichum Titio. poſtea per fideicõmiſſum grauaui heredẽ meum vt manumitteret iſtum Stichũ ſi nauis ex Aſia venerit. Dicitur quòd heres meus non aliter debebit dare Stichum legatario, quàm ſi faciat ſibi caueri, exiſtente condit. libertati iſtum Stichum reſtitui. Vltimò dicit: quod dictum eſt in prima parte quòd heres manumittat Stichum: nihil autem dabit legatario: verum eſt niſi appareat teſtatorem voluiſſe legatarium habere æſtimationem Stichi ſerui. Franc. D

e *Iubeatur*. per fideicom. vt infra patet, nam &c.

f *Seruo*. pure legato. & habes etiam hunc caſum. j. titu. j. ſi pater. §. cum ſub conditione.

g *Daretur*. ab herede legatario.

h *In omnibus*. libertatẽ fideicom. legatò præferri diximus. & merito, nam &c. R.

Libertas directa & fideicom. differunt

i *Datis*. quare conſtat præferri tali legatò: vt ſupra eo. l. ſi peculium. §. fi. Fere autem dicit, quia directa proprio, fideicom. etiam alieno ſeruo relinquitur: vt. C. eo. ſeruo. & de fideicom. liber. de- ff. Nouum.

ter libertas [a] datur: quia in id tempus confertur, quo alienus futurus ſit. nec contrarium eſt quòd ſtatuliber etiam ſi venierit, ex teſtamento libertatem conſequitur. Cœpp̃e * vtiliter libertas data facto heredis non perimitur. [b] Aut † quid in legato eo modo [c] dato dicemus? Diuerſum enim nulla ratione dicetur. nam inter libertatem & legatum quãtum ad hanc cauſam nihil diſtat. Igitur nec ſi directò dabitur libertas, *Si heredis mei eſſe deſierit, liber eſto*: quia nullum caſum vtilem habet. [d] B

XL. POMPONIVS *libro quinto ex Plautio.*

IVlianus ait, cum idem homo & per fideicommiſſum detur alicui, & liber eſſe iubeatur: [e] heredem libertatem pręſtare. non enim cogetur, inquit, ex cauſa fideicommiſſi æſtimationem ſufficere, * cum debitam libertatem reddiderit. Sed & cum ſub conditione ſeruo [f] libertas per fideicommiſſum detur, & ipſe præſenti die daretur: [g] non aliter tradere eum cogetur, quàm vt caueatur, exiſtente conditione libertati eum reſtitutuiri. C † nam in omnibus [h] ferè cauſis fideicommiſſas libertates pro directò datis [i] habendas. Sed Ofilius aiebat, ſi adimendi legati cauſa fideicommiſſam libertatem teſtator dediſſet, ea vera [k] * eſſe. ſi verò onerari heredem à teſtatore legatarius oſtenderit, æſtimationem nihilo minus legatario præſtandam.

Differentia eſt inter has duas locutiones: relinquo libertatem ſeruo meo. 12. anno poſt mortem meam: & relinquo poſt. 12. annos. Nam primo caſu ſtatim illuceſcẽte prima die. 12. anni, competit libertas. ſecundo verò nõ niſi tranſacto toto. 12. anno.

XLI. IDEM *libro ſeptimo ex Plautio.*

SI ita fuerit libertas relicta, *Stichus ſeruus meus anno duodecimo poſtquam ego mortuus ero, liber eſto*: veriſimile eſt, principio [l] duodecimi anni eum liberum eſſe. [m] nam hoc mortuum ſenſiſſe. & inter † hos ſermones, *duodecimo anno, & poſt duodecim annos*: multum [n] intereſt, & ita loqui ſolemus, *Duodecimus annus eſt*, cum quantumlibet ex duodecimo anno veniſſet, aut præteriſſet. & qui duodecimo anno liber eſſe iubetur, omnibus anni diebus liber eſſe iuſſus eſt.

Sed ſi ita [o] ſit ſcriptum in teſtamento, *Stichus ſeruus meus heredi meo mille nummos anno, biennio, triennio poſtquam ego mortuus ero, ſi ſoluerit, ſatiſ ve fecerit, liber eſto*: non poteſt is ſeruus niſi triennio præterito liber eſſe: niſi præſentem eam pecuniam ſoluat, aut ſatisfaciat, compenſanda [p] etenim eſt heredi libertatis celeritas præmaturæ pecuniarum ſolutioni. Labeo ſcribit: * ſi ſic libertas relicta ſit, *Stichus intra annum poſtquam mortuus ero, liber eſto*:

beri. & ſupra eo. l. ſeruus. Item directa pure relicta, ſtatim cõpetit adita hereditate: vt ſupra eo. l. teſtamento, fideicommiſſaria non niſi præſtetur: vt inſtit. de ſing. re. per fideicõ. re. §. libertas. Tertia differentia eſt infra eod. libertates. Quarta colligitur. C. qui ma. non poſ. l. j. & fi. Quinta, quia directa etiam non petita ipſo iure competit: vt ſupra eod. teſtamento. §. j. fideicõmiſſaria non: vt. C. de fideicom. lib. l. ſi voluntate. in fine.

k *Ea vera*. libertatem præſtare heredẽ debere: æſtimationẽ non ſufferre: vt in princ. l. dixit Iulianus. & facit ſupra de leg. ij. ſi pluribꝰ. & de leg. iij. l. iij. §. Iulianus.

SI ita.] CASVS. In teſtamento reliqui libertatem ſeruo meo hoc modo: Stichus ſeruus meus. xij. ann. poſtquã mortuus fuero, liber eſto. dicit quòd incepto duodecimo anno erit liber. ſecus ſi dixiſſem: poſt. xij. ann. ſit liber. tãdem reuertitur ad primum caſum, & dicit, duodecimus annus dicitur ſtatim cum incepit: & quantumcũque trãſierit ex eo, ſemper eſt ſiue vocatur annus duodecimus. qui ergo iuſſus eſt eſſe liber duodecimo anno: omnibus diebus anni liber eſſe iuſſus eſt. Secundo ego teſtator ſic dixi: Stichus ſeruus meus heredi meo mille nummos anno biennio triennio poſtquã mortuus fuero, ſi ſoluerit, liber eſto. Dicitur quòd Stichus non erit liber niſi lapſu triennij, & tunc ſoluerit prædictam pecuniã. ſi autem ſoluat prius: ſtatim cum ſoluerit, erit liber. quaſi celeritas ſolutionis quæ fit heredibus, compenſetur cum matura libertate quæ datur. Tertio reliqui libertatem ſeruo Sticho intra annum poſtquam mortuus fuero. dicitur quòd ſtatim me mortuo erit liber. & adducit ſimile. ego teſtator ſic dixi: tu Stiche ſis liber ſi intra annum dederis heredi meo. x. Dicitur quòd me mortuo ſi ſtatim ſoluas heredi meo, eris liber. Fran. Accurſius.

† In pro inter etiã vſurpat Virgil.

* Roma. & Alexan. h. l. qui bona. §. fin in pe colũ. ſ. de dã. infec. dicunt iſtũ tex. ſing. ad hoc ꝙ licet aliàs ꝓmiſſio ãnua, vel in ſingulis annis, debeatur in fine anni: fallit tamen fauore libertatis, vel alterius piæ cauſæ: quia tũc ſtatim debetur. Bo'o.

l *In principio*. annus ergo cœptus pro completo habetur: [a] vt dixi ſupra eo. l. ſi ſcriptum. Sed cõtra. j. de verb. obli. qui hoc anno. Sol. vt diximus. C. quando di. lega. ce. l. j.

m *Liberum eſſe*. quod eſt fauore libertatis, aliàs ſecus: vt ſupra de leg. j. l. ſi cui legetur. quæ eſt contra.

n *Multum*. vt & infra de verb. ſign. l. inter illam.

o *Sed ſi ita*. ſcilicet dies tantùm: hic etiam conditio pecuniæ dandæ fuit appoſita.

p *Compenſanda*. aliàs compenſanda: aliàs componenda. & dic. i. exequenda. ſicut enim ſoluẽdo totum ante triennium cõpletum libertatem conſequi non poteſt: vt. j. de ſta. libe. cum heres. §. ſeruire. & l. ſi triennio. ita niſi ſtatim completo triennio ſoluat, liber non erit, ſecundum quoſdam. Sed certe imò videtur quòd etiam antè cõpletum triennium ſoluẽdo totum, libertatẽ petere poſſit: vt hic innuit, niſi præſentem, &c. vt. j. de ſtat. lib. l. ſtatuliberos. §. Stichus. & l. ſi peculium. §. quædam. dic ergo ſicut heres non poterit eum cogere vt præmaturè ſoluat. j. de ſtatulibe. ſi ſeruus. §. imperator. ita ſeruus faciendo ſeram ſolutionem non cogit heredem ad præſtandã libertatem. Vel retento hoc ſenſu quòd poteſt ante ſoluendo conſequi libertatem: dic ꝙ heres compenſet ma-

a] Adde quod non in apoſtil in l. placuit in apoſtil. in verſic. quaſi annũ vigeſimũ cõpleuerit. ſ. de manumiſ. quibus adde gl. ordi. in. c. ſubdiaconus in ver. non minor annis viginti. 77. diſtin. & ĩ cle. eos. de regula.

turam ſolutionem pecuniæ quæ ſibi fit, maturæ libertati quã dat. & ſic eſt plana. & pro hoc eſt dictus. §. Stichus. in fi. ſed ad. l. de ſta. lib. ſi triennio, reſpondebis vt ibi. & ad aliam cum heres, dic quòd in faciendo erat: vt prædi. §. quædam.

a *Statim.* adita tamen hereditate: vt ſupra eo. l. teſtamento. Acc.

S*I quis.*] CASVS. Ego teſtator ſic dixi: Stichum ſeruũ meum, Sẽpronij libertum eſſe volo. Dicitur quòd per hæc verba Stichus poteſt petere libertatem. Itẽ Sempronius poteſt petere vt habeat eũ in libertũ. quod fiet ſi tradatur ei ad manumittẽdum. Fran.

b *Illum.* ſeruum meũ vel alienum.

c *Illius.* extranei.

d *Habeat.* quod fit ſi ei ad manumittẽdum detur.

L*ibertates.*] CASVS. Directa libertas poteſt dari in teſtamento, & in codicillis teſtamento confirmatis. fidei autem commiſſaria relinquitur ab inteſt. Item in codicillis non cõfirmatis in teſtamento: vt hoc modo: Rogo eos qui mihi ſuccedent ab inteſt. vt Stichum ſeruum manumittant. vel per ſimilia verba. Franc.

e *Teſtamento confirmatis.* quod fit expreſſe: vt C. de codi. ſiue. & tacite quando fiunt poſt teſtamentum: vt ſupra de codi. l. ſi quis cum nullum. §. teſtamento. ſed ante facti nõ intelligũtur confirmari teſtamẽto, ſecundum has. ll. Itẽ nec tunc quando nullum eſſet factum teſtamẽtum: vt ſupra de codi. l. ante. & hic ſubiicit. ſed hodie ſemper videtur confirmare: vt inſti. de codi. §. non tantum. & eſt ſic ſupra de teſta. tu. l. iij. & C. eo. l. ij.

M*æuia.*] CASVS. Quædam mulier reliquit libertatem tribus ſuis ſeruis ſub modo, vt ipſi tres deberent apponere lucernam ad ſepulturam eius alternis menſibus, & ibi vigilẽt. Dicitur quòd iſti ſerui liberi erunt ſtatim adita hered. & compellẽtur officio iudicis ſtare & obedire dicto teſtatricis. Fran.

f *Vt monumẽto.* improprie dicit conditionem, cum modus fiat per vt: non conditio: vt infra ſubiicit. & dixi ſupra. e. libertas. §. ij. Accurſius.

g *Officio.* ſic ſupra de peti. her. hereditas. §. fi. & C. de reli. l. militis. & ſupra de reli. l. ſi quis ſepulchrum. §. ſumptus funeris. & ſupra de annuis leg. l. Quintus.

Q*uod vulgo.*] CASVS. Si libertas relinquitur ſeruo ſub pluribus conditionibus, inſpicitur leuior: vt ſi ei pareatur, ſatis ſit. & hoc verum quando disiunctæ ſunt. ſi autem ſunt coniunctæ: tunc omnibus parendũ eſt ad hoc vt libertas debeatur. Fran.

h *Leuiſſimam.* quæ ſit hæc, dixi ſupra eo. in libertatibus.

i *Omnibus.* ſecus in diſiunctis: vt habes hæc omnia ſupra de condit. inſti. l. v. & inſtit. de here. inſtit. §. ſi plures. & ſupra de condi. & demon. cum pupillus. §. diſiuncto.

Marg.: *H. ſoluendo eo.*

ſtatim[a] eum liberum eſſe. nam & ſi ita ſit, *ſi intra annum decem heredi meo dederit, liber eſto*: ſtatim ſoluendo eum* liberum eſſe ſine mora futurum.

XLII. MARCELLVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

SI quis ita ſcripſerit: *Illum*[b] *illius*[c] *libertum eſſe volo*: & ſeruus libertatem petere poteſt, & ille vt habeat[d] libertum.

XLIII. MODESTINVS *libro ſingulari de Manumiſſionibus.*

Libertates directæ & teſtamẽto & codicillis teſtamento confirmatis[e] rectè dantur: fideicommiſſæ, & ab inteſtato & codicillis non confirmatis relinqui poſſunt.

Si quis ſub modo relinquit libertatem, ſtatim adita hereditate competit libertas: ſed iudicis officio cõpellitur factus liber implere modum appoſitum in teſtamẽto. Bartolus.

B

XLIIII. IDEM *libro decimo Reſponſorum.*

MÆuia decedens ſeruis ſuis nomine Sacco & Eutychiæ & Hirenæ ſub conditione libertatem reliquit, his verbis: *Saccus ſeruus meus, & Eutychia & Hirene ancillæ meæ omnes ſub hac conditione liberi ſunto, vt monumento*[f] *meo alternis menſibus lucernam accendant, & ſolennia mortis peragant.* quæro, cum adſiduò monumento Mæuiæ Saccus & Eutychia & Hirene non adſint, an liberi eſſe poſſunt. Modeſtinus reſpondit, neque contextum verborum totius ſcripturæ, neque mentem teſtatricis eam eſſe, vt libertas ſub conditione ſuſpenſa ſit: cum liberos eos monumento adeſſe voluit: officio[g] tamẽ iudicis eos eſſe compellendos, teſtatricis iuſſioni parẽre.

C

Locutio coniunctiua compellit ad vtrunque implendum: ſecus in diſiunctiua. hoc dicit.

XLV. IDEM *libro Pandectarum.*

QVod vulgo dicitur, ſub pluribus cõditionibus data libertate, leuiſſimam[h] conditionẽ ſpectandam eſſe: ita verum eſt, ſi ſeparatim conditiones ſint datæ. quòd ſi coniunctim datę ſunt: niſi omnibus[i] paruerit, † liber non erit.

Pœna inflicta poſt mortẽ teſtatoris qui ſeruo libertatem in certũ tempus reliquerat: intra tẽpus illud non vitiat dationem libertatis, ſi antequam tempus libertatis venerit, reſtitutus ſit & liberatus ab illa pœna. Idem eſt ſi heres neceſſarius ſit inſtitutus ſeruus. h. d.

XLVI. POMPONIVS *libro ſeptimo ex variis lectionibus.*

ARiſto Neratio Appiano reſcripſit, ſi teſtamẽto liber eſſe iuſſus cũ annorũ triginta eſſet, ſi antequam ad eam ætatem peruenirèt, in metallum damnatus ſit, ac poſtea reuocetur:[k] ſine dubitatione cum libertate legatũ[l] ad eum pertinere, neque metallorum pœna ius eius mutari: nec aliud, ſi heres eſſet ſub conditione inſtitutus. futurum enim eum etiã neceſſarium.

Cõſecutus libertatem ex falſis codicillis, tenetur heredi dare. xx. ſolidos. idẽ dic de teſtamẽto falſo vel inofficioſo pronuntiato. h. d.

XLVII. PAPINIANVS *libro ſexto Quæſtionum.*

CVm ex falſis codicillis per errorem libertas, licet non debita, præſtita tamen ab herede[m] fuiſſet: viginti ſolidos[n] à ſingulis hominibus inferendos eſſe heredi princeps conſtituit. Sed & ſi cõditionis implendæ gratia ſeruũ[o] inſtitutus[p] manumiſerit, ac poſtea filius de inofficioſo agendo tenuerit,[q] vel teſtamentum falſum fuerit pronuntiatum: conſequens erit idẽ[r] in hac ſpecie fieri, quod in falſis codicillis conſtitutum eſt.

D

Seruus efficitur cõmunis libertus familiæ illius qui eum in teſtamento voluit à ſocio manumitti, & eius qui eum manumiſit. h. d.

XLVIII. IDEM *libro decimo Quæſtionum.*

SI ſocius teſtamento libertatem ita dederit, *Pamphilus, ſi eum ſocius manumiſerit, liber eſto*: Seruius reſpondit, ſocio manumittente communem fieri liber-

A*riſto.*] CASVS. Seruo relicta eſt libertas cum erit. xxx. an. interim propter delictum quod fecerat, dãnatus eſt in metallum, & tandẽ reſtitutus. Dicitur quòd pœna impoſita non nocet quin ſtatim cum erit. xxx. an. cõſequatur libertatem & legatum ſi quod erat ei relictum. Idem ſi eſt inſtitutus heres ſub cõdi. & interim hãc pœnam habuit, & tandem reſtitutus fuit. nã veniente condit. erit liber & heres neceſſarius. Fran.

Marg.: † Cõc. text. in. c. pen. extra de vi. & honeſt. cler. lib. 6. & in cle. in pleriſque. & ibi gl. & doc. de electio.

k *Reuocetur.* reſtitutiõne à principe impetrata.

l *Legatum.* libertatis: vel alia res ei erat legata. & facit inſtitut. de here. quali. & differen. §. in extraneis. & C. qui non poſſ. ad libert. perue. l. j.

C*Vm ex falſis.*] CASVS. In codicillis relicta eſt libertas ſeruis danda ab herede vel legatario, & præſtita eſt. poſtea apparent codicilli falſi. Dicitur quod non reuocatur libertas, ſed quilibet manumiſſorum dabit. xx. aureos huic heredi vel legatario. Sed ſi fuerit extraneus heres inſtitutus ſub condit. ſi manumiſerit ſeruum meũ proprium, & manumiſit, & ſic fuit heres, tandem autem euicta eſt hereditas per filium defuncti, & ruptum teſtamentum per querelam, vel aliàs apparet teſtamẽtum falſum: dicitur quòd non reuocabitur libertas ſeruo. & ſic quo ad hoc eſt ſimilis hic caſus ſuperiori. tamen in alio diſcordant: quia in ſuperiori dantur. xx. ſolidi à quolibet manumiſſorum: ſed hic verum pretium manumiſſi præſtatur. Fran.

m *Ab herede.* vel etiam à legatario: vt. C. de fideicom. lib. l. ij. & §. de iure pa. l. pe. §. j. Accur.

n *Solidos.* ſupra de mino. l. ſi mulier. contra. Solu. alio caſu ibi loquitur. Accurſius.

o *Seruum.* ſuum proprium. Azo.

p *Inſtitutus.* heres. Azo.

q *Tenuerit.* aliàs obtinuerit. Azo.

r *Idem.* quo ad hoc vt non reuocetur libertas: ſed. xx. aurei hoc caſu non præſtantur: ſed verum pretium ſerui condictione ex lege à manumiſſo ſoluitur: vt ſupra de inoffic. teſt. ſi ſub hac conditione

UNED

ditiõe. item ad primum caſum & ad ſecundum quibus dicitur ex falſis codicillis & falſo teſtamento libertatem datam nõ reuocari. eſt cõtra. C. de pet. her. l. fi. §. pen. Sol. vt ibi. & fa. ſ. de inoffi. teſt. Papinianus. §. fi. & l. ſeq. & C. de inoffi. teſt. l. cum ex cauſa.

tum familiæ [a] atque manumiſſoris. Neque enim nouum aut incognitum eſt, vario iure [b] communi mancipio libertatem obtingere.

XLIX. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

TEſtamento militis ita manumiſſam, *Samiam in* [c] *libertate eſſe iuſsi*: directam libertatem iure militiæ [d] cepiſſe placuit.

L. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

QVod diuo Marco pro libertatibus conſeruandis placuit, [e] locum habet irrito [f] teſtamento facto, ſi bona venitura [g] * ſint: alioquin vacantibus fiſco vindicatis, non habere [h] conſtitutionem locum, apertè cauetur. Seruos autem teſtamento manumiſſos, vt bona ſuſcipiant, [i] iure cautionem idoneam offerre non minus quàm cæteros defuncti libertos, aut extrarios, declarauit. [k] quod beneficium [l] minoribus annis heredibus ſcriptis auxiliũ bonis præſtitutum more ſolito deſiderantibus non aufertur.

LI. IDEM *libro quartodecimo Reſponſorum.*

TEſtamento Centurio ſeruos ſuos venire prohibuit: ac petiit, [m] prout quiſque meruiſſet, eos manumitti. Libertates vtiliter datas reſpondit: cum ſi nemo ſeruorum offenderit, [n] omnes ad libertatẽ peruenire poſſunt. quibuſdam per offenſam excluſis, reſidui in libertatem perueniunt.

Cum ita [o] teſtamento adſcriptum eſſet, *Serui qui ſine offenſa fuerunt, liberi ſunto*: conditionem adſcriptam videri placuit: cuius interpretationem talem faciẽdam, vt de his in libertate danda cogitaſſe non videatur, quos pœna coercuit, aut ab honore miniſtrãdi, vel adminiſtrãdæ rei negotio [p] remouit.

SI ſocius.] CASVS. Duo ſocij habebant ſeruum communem. vnus eorum in teſtamento ſuo reliquit libertatem huic ſeruo communi ſub tali condit. puta, ſi manumittatur à conſocio meo, ille ſit liber ex teſtamento vnius partim. dicitur quòd ſi alter ſocius manumittat, erit liber: & ſic partim erit liber ex teſtamento: partim inter viuos ex manumiſſione facta ab illo. Franciſcus.

a *Familiæ*. ſcilicet teſtatoris: ſi non habeas in text. Accur.

b *Vario iure*. ex vltima voluntate inter viuos, vt hic fuit, & C. de ſeruo communi manu. l. j. §. his itaque.

venũ itura.

TEſtamento.] CASVS. Teſtamento militis inuenitur manumiſſio facta hoc modo: Samiam liberam eſſe iuſſi. quæritur an ſit directa libertas relicta huic Samiæ: an per fideicõ. & dicitur quòd fauore militis eſt directa. Fran.

c *Samiam*. proprium nomen. Accur.

d *Iure militiæ*. vt & C. de teſta. mili. l. ex his. ſed in priuato eſſet fidei com. arg. ſ. de dona. ex hac.

QVod diuo.] CASVS. Cauſa libertatum conſeruandarũ relictarum in teſtamento. conſtitutio diui Marci admittit eum qui petit bona ſibi addici. & hoc eſt verũ, quando teſtamẽtum eſt irritum pronũtiatum, & ſic heres inſtitutus non vult adire, & creditores volunt vendere hæc bona. ſecus autem eſſet ſi hereditas vacaret, herede aliquo non exiſtente, vt quia nullus inſtitutus fuerit: nec aliquis alius veniat ab inteſt. nam tunc defertur fiſco. Secundo dicit quòd ſerui quibus relicta eſt libertas in teſtamento, debebunt cauere illi qui hæc bona accipit. quod autem in fi. dicit, expone vt in glo. Fran.

e *Placuit*. bona addici debere: vt inſti. de eo cui liber. cau. bo. addi. §. j.

f *Irrito*. me nũc herede exiſtẽte ex eo: vt. ſ. de iniu. teſt. l. j. in fin.

g *Venitura*. i. vendenda à creditoribus. Accur.

h *Non habere*. vt &. j. tit. j. l. ergo. §. ſi bona.

i *Suſcipiant*. & aliàs ſuſcipiantur, id eſt ſuſcipi poſſint. Accur.

k *Declarauit*. dicta conſtitutio. Accur.

l *Beneficium*. ſcilicet aditionis: & dic caſum vt. j. titu. j. l. ergo. §. j. in princi. & ſecundum hoc deſiderant heredes reſtitui, vt abſtineant, vel repudient. Vel pone ſecundo vt. j. titu. j. l. ergo. §. j. in fin. & ſecundum hoc dices hoc beneficium, ſcilicet libertatis. ſed ſecundum hoc deſiderant heredes reſtitui ad adeũdum. & quod ſubiicit minoribus &c. ſunt ablatiui abſoluti ſecundum vtrumq; caſum. & facit C. e. l. fi.

TEſtamento ſuo.] CASVS. Centurio in teſtamento ſuo prohibuit ſeruos ſuos vendi, & dixit: prout quiſq; meruit, ma- ff. Nouum.

numittatur. Dicitur ꝙ omnes erunt liberi ſi nemo eorum offendiſſet defunctum. ſi autẽ quidam eorum offenderint, illi non erũt liberi: alij ſic. [CVM ITA.] Quidam in teſtamento reliquit libertatẽ ſeruis ſuis hoc modo: ſerui qui ſine offenſa fuerint, liberi ſint. dicitur ꝙ hæc conditio ſic debet intelligi, vt ſerui illi non veniant ad libertatem quos dominus remoue rat ab adminiſtratione, cũ eſſent tanquã ſuſpecti ſui caſtaldi. Fran.

m *Ac petiit*. ſed ſi hoc non adieciſſet: fideicõ. liber. petere poſſunt ex primo dicto: vt. j. tit. j. l. generaliter. §. ſi petitum. Accur.

n *Offenderit*. de hoc eſt ſ. eo. l. ſeruos. Accur.

o *Cum ita*. facit ſupra eo. l. ſeruos. Acc.

p *Negotio*. i. per hoc ꝙ male forte gerebat. & nota eſſe honorem adminiſtrare, & dedecus remoueri [a] quaſi ꝑ hoc de eo dominus nõ confidat. & facit infra tit. j. l. fideicommiſſaria.

LII. PAVLVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

IMperatores * Miſſenio Frontoni. Teſtamento militis his verbis adſcripta libertate, *Stephanum ſeruum meum liberum eſſe volo* vel *iubeo*: adita hereditate libertas competit: & ideo ea quæ poſtea adiecta ſunt, [q] *Sic tamẽ, vt cum herede meo ſit quoadusque iuuenis ſit: quod ſi noluerit, aut contempſerit, iure ſeruitutis teneatur*: ad reuocandam libertatem quæ competit, non ſunt efficacia. [r] Idem [ſ] & in paganorum teſtamentis obſeruatur.

* Impp. Seuerus & Antoninus.

a] Et inde eſt quòd priuatus aut remotꝰ ab aliquo officio non poteſt iterũ ad illud aſſumi: vt eſt tex. in l. 2. C. de diuer. offi. lib. 12. & in fi. no. Bal. in. l. 2. per illum tex. cũ glo. C. de manu. vind. de quo in. ca. officij in fi. de elec. & in ca. poſt tranſlationẽ & ibi Panor. in vlti. no. extra de renun.

Ius conſiſtens in dando, nõ poteſt impleri per perſonam curatoris adulti. Bar.

LIII. IDEM *libro quintodecimo Reſponſorum.*

LVcius Titius ſeruo libertatem dedit, ſi rationem actus ſui ex fide [t] dediſſet Gaio Seio filio ſuo. cum annos pubertatis egreſſus [u] fuiſſet Gaius Seius, à curatoribus eiuſdem [x] conuentus ſeruus, etiam apud iudicẽ omnibus ſatisfecit. exacta cautione [y] à curatoribus, pronunciatum eſt liberum eum eſſe. nunc Gaius Seius filius teſtatoris negat curatoribus ſuis rectè pecuniam illatam. quæro an iure ſo-

IMperatores.] CASVS. Miles in teſtamento dixit: Stephanum ſeruum meũ liberum eſſe volo. Dicitur quod per hæc verba directa libertas videtur data: & erit liber adita hereditate. ſed ſi poſtea ex interuallo dixit teſtator, volo tamen vt cũ herede meo ſit quoadusque iuuenis ſit: & ſi cõtempſerit, vel noluerit, iure ſeruitu. teneatur: per hæc verba non reuocatur libertas. Vltimo dicit: idem eſt in pagano, vt licet talia verba dixerit, non reuocetur libertas. F.

q *Adiecta ſunt*. ex interuallo: & ſic non debet ad ſeruiendũ cõpelli: argu. C. de dona. quæ ſub modo. ꝑfecta. aliàs ſi incõtinenti: licet non differatur libertas, ſeruire compelleretur: vt ſupra eo. l. libertas. §. ij. & l. Mæuia. & arg. ſ. de ſol. l. j. Accurſius.

r *Efficacia*. cum ad tempus dari non poſſit: vt. ſ. eo. l. libertas.

ſ *Idem*. vt non reuocetur: ſed in milite fuit directa: licet per verbum volo. in pagano fideicom. vt inſtitu. de ſin. re. per fideicom. §. fi. vel verius vtrobique fuit fideicom. vnde quod. ſ. dicit competit, ſcilicet per fideicom.

LVcius.] CASVS. Relinquo libertatem ſeruo meo ſi rationem actus ſui reddiderit Gaio Seio filio meo. cum annos pubertatis egreſſus fuiſſet Gaius Seius, tunc curatores Gaij cõuenerunt ſeruum, & coram iudice ſeruus omnia reliqua ſoluit curatoribus Gaij, & ſeruus pronuntiatus eſt liber. Gaius autem negat pecuniam recte ſolutam curatoribus ſuis. quæritur quid iuris. & dicitur quòd ſi non eſt ſoluta ſecundum quod teſtator dixit: ſic non erit ille liber. ſecus autem ſi iuuene præſente eſſet ſoluta: quia tunc recte eſſet impleta. F.

t *Ex fide*. hoc expone vt. ſ. eod. l. ſi ita ſcriptum. & l. qui filium. §. fin. Accur.

u *Egreſſus*. hoc eſt quod facit infra non ſufficere curatori ſolui. & ſic non eſt contra. ſ. eo. l. qui filium. in princip. & ſupra de cõdit. & demon. ſi fundus.

x *Eiuſdem*. Gaij Seij.

y *Cautione*. confeſſionis: vel quodammodo nõ petetur plus. Ac.

luta ſit quantitas. Paulus reſpondit, curatoribus quidẽ adoleſcentis reliquã rationem,[a] vt cõditio teſtamento adſcripta impleatur, non iure exſolutam videri: ſed ſi præſente[b] adoleſcente pecunia illata eſt, vel in rationibus eius relata, impletam cõditionem videri, ac ſi ipſi ſoluta fuiſſet.

Error in ſyllaba non nocet. Bar.

LIIII. SCÆVOLA *libro quarto Reſponſorum.*

QVi habebat † ſeruum Cratiſtum, teſtamento ita cauit: *Seruus meus Cratinus liber eſto.* quæro, an ſeruus Cratiſtus ad libertatem peruenire poſſit, cum teſtator ſeruum Cratinum non habebat, ſed hũc ſolum Cratiſtum. Reſpõdit, nihil obeſſe quòd in ſyllaba[c] erraſſet. Scripti teſtamento heredes ante aditam hereditatem pacti ſunt cum creditoribus, vt parte dimidia contenti eſſent:[d] & ita decreto à prætore interpoſito hereditatem adierunt. quæro an libertates in eo teſtamento datæ competierunt. Reſpondit, ſi teſtator fraudandi conſilium[e] non habuiſſet, competere libertates.

Conditio non impedit competerẽ libertatem, ſi non ſtat per ſeruum cui relicta eſt libertas, quin conditionem adimpleat.

LV. MARCIANVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

LIbertate ſub conditione[f] data, huc iam decurſum eſt, vt ſi per ſtatuliberum non ſtet quo minus conditioni pareat: quamuis ne per heredem quidem ſtet,[*] tamen ad libertatem perueniat.[g] Quod credo reſponderi oportere & ſi per fideicommiſſum[h] vtique hereditariis ſeruis libertas data fuerit. Non abſurdè & de heredis ſeruis idem dicetur.

Si heres grauatus eſt emere ſeruum, & manumittere, ſi ſeruus ille.x. daret: ſeruo.x. non dante, non perueniet ad libertatẽ. & cõſidera differẽtiã inter iſtũ caſum & ſuperiorem: quia non ſunt contrarij.

De his autem quos redimendos[i] habebit, non iniuſtè[k] dubitamus. ſiquidem eo caſu iniquum erit heredem perinde cõpelli debere redimere eos, atque ſi cõditio impleta eſſet: quòd fortè dominus prohiberet conditioni parêre,[l] vt & pretium perciperet,[m] & in cõditionem non rogaret.[n] [*]

Eſt in electione ſerui poſtquam conditio extiterit, vtrum velit eſſe libertus Orcinus: vel libertus heredis.

LVI. PAVLVS *libro primo Fideicommiſſorum.*

SI quis ſeruo teſtamento dederit libertatem & directo, & per fideicommiſſum: in poteſtate ſerui eſt, vtrum velit ex directo, an ex fideicommiſſo ad libertatem peruenire.[o] & ita Marcus imperator reſcripſit.

Licet diues ſuccedat pauperi, nõ propter hoc libertates teſtamẽto datæ magis valent: licet quidã dicerent contra, & malè. Secundò dicit: ſi quis relinquit libertatem ſeruo cùm æs alienũ ſolutum fuerit, valet talis datio: cũ non habeat animum fraudandi creditoris.

LVII. GAIVS *libro tertio de Manumiſſionibus.*

SI † locuples egenti heres extiterit, videamus an ea res teſtamẽto datis libertatibus proficiat, vt creditores fraudari (non) videãtur. Et ſanè ſunt quidã, qui cũ heres locuples extiteret, tale eſſe crediderunt, quale ſi ipſe teſtator adauctis poſtea facultatibus deceſſiſſet. Sed mihi traditum eſt,[p] hoc iure nos vti, vt ad rem non pertineat, locuples, an egens heres extiterit, ſed quarum facultatium teſtator deceſſerit.[q] quã ſentẽtiam Iulianus adeo ſequitur, vt exiſtimet ne eum quidem libertatem conſecuturum, quem is qui ſoluendo non eſſet, ita liberum eſſe iuſſiſſet, *Cum æs alienum ſolutum erit, Stichus liber eſto.* Sed non hoc eſt conſequens Sabini & Caſſij ſentẽtiæ, quã & ipſe ſequi videtur, qui exiſtimat, conſiliũ[r] quemque manumittẽtis ſpectare debere. Nam qui ſub ea conditione ſeruum ſuũ liberũ eſſe iubet: adeò ſine fraudis cõſilio liberum eſſe iubet, vt apertiſſimè curare[ſ] videatur ne creditores ſui fraudarentur.

a *Reliquam rationem.* id eſt rationem reliquorum: vel ideo quia partem iam reddiderat.

b *Præſente.* operatur præſentia conſenſum. ſic. ſ. de euict. l. ſi dictum. §. antepe. & . j. de confeſſis. certum. §. pe. Accur.

QVi habebat.] CASVS. Habebam ſeruum nomine Cratinum. dixi in teſtamento, Cratiſtus ſeruus meus ſit liber. Dicitur quòd iſte Cratinus erit liber, licet eum nominauerim Cratiſtũ, & in ſyllaba erraui. [SCRIPTI.] Inſtitueram quoſdam heredes in teſtamento: & libertatem ſeruis reliqueram. nunc heredes antequã adeant heredi. fecerũt pactũ cum creditoribus hereditariis vt certa parte debiti eſſent contenti: & ſic adierunt heredit. Dicitur quòd libertates relictæ in teſtamento tenent, ſi teſtator non habuit cõſilium fraudandi creditores. Fran.

c *In ſyllaba.* ſic. Co. de teſta. quoniam. & inſti. de lega. §. ſi quis in nomine. & Co. de formu. l. j. & . ij. & . ſ. de ſtatu ho. imperator. Sed arg. contra. ſ. de lega. j. l. iiij. Accurſius.

d *Contenti eſſent.* quod pactũ valet: vt ſ. de pac. l. iuriſgentiũ. §. ſi ante.

e *Conſilium.* quod ſufficit in fideicommiſſis: ſed in directis neceſſarius eſt etiam euentus: vt C. qui ma. non poſ. l. j. & fi. ſed quis hoc petet? creditores nõ, quia pepigerũt. heredes nõ: vt C. de ſer. pig. da. ma. l. ſi creditoribus. & ita erit mirum quòd nõ tenent libertates: vt inſti. qui ma. nõ poſſ. in prin. & tamen nemo poteſt hoc allegare. Accur.

LIbertate.] CASVS. Titius reliquit libertatem directam ſeruo ſuo ſi daret Stichum abſentem in vicarium. Dicitur quòd ſi ſeruus non poteſt dare vicarium: tamen erit liber. idem eſſet ſi per fideicommiſſum dediſſet ei libertatẽ. & hoc quod dixi in ſeruo teſtatoris: idem etiam dicas ſi eſſet ſeruus heredis. ſecus autem eſſet, ſi heres eſſet grauatus emere ſeruũ, & manumittere ſi daret.x. ſeruus ille heredi, de quibus.x. eum emeret. nã ſi ille ſeruus non poteſt dare.x. heredi: nunquam heres compellitur ad emendum, & poſtea manumittendum. Fran.

f *Libertate ſub conditione.* mixta, puta ſi det vicarium abſentem: vt C. de condit. inſer. l. fin. & facit. l. iij. & de inſtit. & ſubſtitu. l. ij. de neceſſ. ſer. here. inſti. l. fin.

g *Perueniat.* niſi appareat quòd teſtator noluit eum eſſe liberum niſi conditio impleta ſit: vt. j. e. l. fina. Accur.

h *Per fideicommiſſum.* primo ergo caſu directo fuit relicta.

i *Redimendos.* rogo te heredẽ vt Stichũ & Pamphilum emas: & manumittas ſi dederint tibi.x. cum quibus eos emas. Accur.

k *Non iniuſte.* aliàs non iuſte. Accur.

l *Parere.* i. dari.x. ad redemptionem.

m *Perciperet.* de burſa heredis.

n *Non erogaret.* id eſt conditioni parêre non ſineret. M. & facit ſupra de cõdic. ob cauſam. l. iij. §. fin.

SI quis.] CASVS. Dixi ĩ teſtamẽto meo, ſi nauis ex Aſia venerit, ſis liber. item poſtea ſic dixi, ſi nauis ex Aſia venerit: rogo heredem meum vt te manumittat. Dicitur quòd iam veniente cõditione eſt in electione ſerui an directo, an per fideicommiſſum velit eſſe liber. Fran. Accur.

o *Peruenire.* facit infra titu. j. generaliter. §. fina. & ſupra eo. l. j. & altero caſu eſt Orcinus, altero heredis libertus: vt inſtitu. de ſingu. reb. per fideicom. reli. §. qui autem.

SI quis.] CASVS. Licet diues ſuccedat pauperi, non propter hoc libertates datæ teſtamẽto valẽt amplius: licet quidam dicerent contra, & male. Secundo dicit: quidam non ſoluendo exiſtens reliquit libertatem ſeruo ſuo, cum æs alienum ſit exolutum. Dicunt quidam nõ effici liberum. Alij dicunt quòd hoc valet, cum non in fraudem creditorũ ſit manumiſſus. Fran.

p *Traditum eſt.* & bene: vt & C. eo. l. in fraudẽ. & . j. qui & à qui. l. cum hereditas. & . l. ſi mortis. §. fina.

q *Deceſſerit.* nõ tamen reſpiciunt tẽpore mortis, ſed aditæ hæreditatis: vt dicta. l. ſi mortis. in prin.

r *Conſilium.* de directa ergo dicit: quia in fideicom. ſufficit ſolus euẽtus: vt Co. qui ma. non poſ. l. j. & . l. fina.

ſ *Curare.* ſic ergo qui apponit conditionem, videtur velle eã adimpleri. ſic. Co. de condit. inſer. l. cũ patrem. Sed arg. contra. ſ. de condit. inſti. l. verba. & not. hac l. mirum ꝙ hic non erit liber niſi conditione impleta: nec tamen poterit à creditoribus in ſeruitutẽ reuocari, nec ab herede domini: vt no. ſ. eo. l. qui habebat. §. fi. vel verius vt in alio ſeruo fiet in iſto: quia non videtur ei fuiſſe data libertas: vt. j. e. l. Titia. §. fi.

VErum eſt] CASVS. In teſtamento reliqui libertatem ſeruo: tandẽ eũ vendidi. quæritur an libertas extincta videatur. & dicitur

† Adde ad tex. bene faciet, quia etiam error huiuſmodi de quo in tex. non vitiat inſtrumentũ. in. c. ex parte. de fide inſtru. extra. Bol.

* Et ſi per eum ſtaret. ſtatim & vno momento haberetur pro impleta: ita ꝙ ſi poſt pœniteret, & vellet eam impleri, nõ audiretur: vt no. Bal. in l. 1 in fi. C. de inſtit. & ſubſtit. & in. l. executione. in fin. & ibi omnino Alex. infra de verb obli.

* nõ erogaret. alias nõ prorogaret. In quibuſdã deeſt non.

† Si quis locuples.

dicitur quòd ſi antequam adeatur hereditas mea reuertatur in bonis meis: libertas tenebit. Franciſcus.

a *Liber eſſe*. ſcilicet directò.

b *Peruenire*. cõtra. ſ. e. Seruius. & inſti. de fin. re. per fideicõ. reli. §. qui autẽ. quibus dicitur, à tẽpore mortis debere eſſe defuncti. Sol. Satis eſſe videtur defuncto ſi hereditarius fiat: cum hereditas ſuſtineat vicẽ perſonæ defuncti: vt inſti. de here. inſtit. §. ſeruus autẽ. & ſ. de here. inſtit. l. nõ minus. §. j. & facit. ſ. eo. ſerui. ſic. ſ. de here. inſti. quoties. §. ſeruus cũ libertate. vbi dicit idem in inſtituto. ſed arg. cõtra. ſ. de adimen. lega. cum ſeruus.

T *Itia*.] CASVS. Titia in teſtamento ſuo reliquit libertatẽ quibuſdã ſuis ſeruis & ancillis: tandẽ ſic dixit: pediſequæ omnes quarũ nomina ſcripta ſunt in rationibus meis, liberas eſſe volo. inueni quãdã ancillam nomine Eutychiam quæ erat pediſequa tẽpore teſtamenti: & tẽpore mortis Titiæ inuenitur cuidã ſeruo caſtaldioni in cõtuberniũ tradita, & ſic deſiit eſſe pediſequa. quęritur an ſit libera ex illis verbis, pediſequas omnes, &c. & dicitur ꝙ ſic, inſpecto quòd tẽpore teſtaméti erat pediſequa. [PVRAM.] Reliqui libertatem directã ſeruo meo in teſtamento. tandẽ hic ſeruus multa ſurripuit de heredit. Dicit̃ ꝙ propter hoc nõ vitiatur libertas quin ſit liber hereditate adita. heres enim meus habet act. in factũ cõtra illum furem pro reb⁹ ſubtractis. [LVCIVS.] In teſtamẽto ſic dixi: Oneſiphore liber ne eſto, niſi rationem diligenter excuſſeris. Dicitur quòd per hæc verba nõ videtur libertas data: poſito ꝙ appareat eum diligẽter rationes excuſsiſſe: ſed potius per hæc verba videtur adimi libertas. Franc.

† Vide in hunc. §. Alcia. li. Parado. 3. ca. 4.

Seruus liber eſſe iuſſus, & à teſtatore ante mortem alienatus: ſi rurſus ante aditam hereditatẽ reuertitur in bonis teſtatoris, adita hereditate efficitur liber. h. d. lex ſequens ponit caſum longum.

LVIII. MÆCIANVS *libro tertio Fideicommiſſorum*.

VErum eſt, eũ qui liber eſſe [a] iuſſus eſſet, alienatum à teſtatore, ſi ante aditã eius hereditatẽ rurſus hereditarius fieret, mox cum adiretur hereditas, ad libertatẽ peruenire. [b]

LIX. SCÆVOLA *libro vicenſimotertio Digeſtorum*.

TItia ſeruis quibuſdã & ancillis nominatim directas libertates dedit. deinde ita ſcripſit: *Et pediſequas omnes, quarũ nomina in rationibus meis ſcripta ſunt, liberas eſſe volo*. quæſitũ eſt, an Eutichia quæ teſtamenti facti tẽpore inter pediſequas libertatẽ acceperat, mortis autem tẽpore inueniatur actori; [c] in contubernio [d] tradita, ex generali capite pediſequarũ libertatẽ cõſequi poſſit. Reſpõdit, nihil impediri libertatẽ pediſequæ, quòd mortis demum tẽpore pediſequa eſſe deſiit. Puram & directã domini ſui teſtamento libertatẽ Stichus acceperat: & ex hereditate multa per fraudẽ amouiſſe dicitur, quæſitũ eſt, an non antè in libertatẽ proclamare debeat, quàm ea quæ ex hereditate amouiſſe ꝓbari poterit, heredib⁹ reſtitueret. Reſpõdit, ſecundum ea quæ proponerẽtur, eum de quo quæreretur, liberum eſſe. Claudius, Videtur abſoluiſſe & id de quo quæritur. nam heredibus ſatis conſultũ eſt edicto de furtis. [e] Lucius Titius teſtamento ſuo ita cauit: *Oneſiphore*, †*niſi diligenter rationem excuſſeris, liber ne eſto*. quæro, an Oneſiphor⁹ ex his verbis libertatẽ ſibi vindicare poſſit. Reſpõdit, verbis quæ proponerentur, libertatem adimi potius quàm dari. [f]

Falſa demonſtratio non vitiat legatum. hoc dicit.

LX. IDEM *libro vicenſimoquarto Digeſtorum*.

A TEſtamẽto ita cauit: [g] Εὔδονι βούλομαι δοθῆναι νομίσματα χίλια, ἐπεὶ ἔφθασεν γεννηθῆναι μετὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέραν. [id eſt: Volo vt Eudoni dẽtur mille ſolidi, eo quòd primò ſit genitus [h] poſtea quàm mater eius ad libertatem peruenit.] quæro an ſi

B Eudo non probet ſe poſt manumiſſionẽ matris ſuæ natum, poſſit his verbis teſtamenti libertatẽ cõſequi. Reſpondit, non oportere eiuſmodi conſultationem [i] præiudicium parare.

LXI POMPONIVS *libro vndecimo Epiſtularum*.

SCio quoſdam efficere volentes [*] ne ſerui ſui vnquam ad libertatem perueniant, hactenus ſcribere ſolitos: *Stichus cum morietur, liber eſto*. Sed & Iulianus ait, libertatem quæ in vltimum vitæ tempus conferatur, nullius momenti eſſe: cum teſtator impe-

C diendæ magis quàm dandæ libertatis gratia ita ſcripſiſſe intellegitur. [k] & ideo etiam ſi ita ſit ſcriptum: *Stichus ſi in Capitolium non aſcenderit, liber eſto*: nullius momenti hoc eſſe, ſi apparet [l] in vltimæ vitæ tempus conferri libertatem teſtatorem voluiſſe: nec Mucianæ cautioni [m] locum eſſe. & ſi ita in teſtamento ſcriptũ fuerit, *Stichus ſi Capuam ierit, liber eſto*: non aliter liberum eſſe, quàm ſi Capuam ierit. [n] Hoc amplius Octauenus aiebat, ſi quis in teſtamento ſub qualibet conditione libertate ſeruo data, ita ſcripſiſſet, *Ante conditionẽ nolo eum ab he-*

D *rede liberum fieri*: nihil valere [o] hãc adiectionem.

matris. Ot. P.

A i *Conſultationem*. i. id quod dixiſti in cõſultatione: quia præuenit, &c. nam valet legatum etiã ſi non ſit primogenita, non obſtante falſa cauſa: vt. ſ. de condit. & demon. l. demõſtratio. dũmodo poſt manumiſſionẽ matris ſit nata, & ſic libera. Sed quid ſi erat ancilla, quia pri⁹ nata: an per hæc verba teſtantis erit libera? quidam ſic; licet ſit ar. contra. C. de lega. l. ſeruus. &. C. de teſta. mili. l. ex his.

S *Cio*.] CASVS. Si dico: Stichus cum morietur, liber eſto: dicitur ꝙ non valet: idem eſt ſi dicam, Stichus ſi non aſcenderit Capitolium, liber eſto. nã non valet: cum donec viuit poſſit aſcendere: nec in hoc caſu præſtabitur Mutiana cautio, puta ꝙ non aſcendet. ſed ſi ſic dico: Stichus ſi Capuam ierit, liber eſto: aliàs non: hæc adiectio eſt ſuperflua. idem ſi ſub aliqua alia condi. liberum eſſe iuſſi: aliàs nolo eũ manumitti. nã hęc adiectio eſt ſuperflua. neutro enim caſu cogitur heres manumittere ante euentum conditionis. Fran.

Adde meli⁹ glo in. l. ſi quis in fundo. & in. l. quidam te ſtamento. ſ. de leg. i.

k *Intelligatur*. vt. ſ. eo. l. libertas. in prin.

l *Apparet*. quod ſi nõ apparet: ſerua quod dicitur. ſ. eo. l. libertas. §. j.

m *Cautioni*. vt caueat ſe Capitolium non aſcendere: & ſic ſit liber. M. hęc eſt enim cautio Mutiana: vt. ſ. de condit. & demon. l. Mutianæ.

n *Ierit*. niſi fortuito caſu impediatur: vt. ſ. eo. l. libertate. in princ.

o *Nihil valere*. i. pro ſuperaccua eſt habenda: cum neutro caſu cõpellatur heres ante manumittere: ſed certe imò vtilis: cum prohibitus non poſſit interim manumitti: vt. ſ. de manu. ſeruus. aliàs ſic: vt. C. de Latina liber. tol. §. ed ſi ſub condi. Reſpõ. hic loqui quando fuit ironice prohibitus, non propter aliquã cauſam, ſcilicet ſuum delictum, vel heredis commodũ: quo caſu prohibitio non valet: vt ſupra de lega. j. l. filiusfam. §. diui. & de leg. iij. l. Lucius. in prin.

* Pandectæ nolentes. Taurell. in adnot. l. 17. ſ. eodem.

c *Actori*. ſ. ſeruo.

d *In contubernio*. ergo non pediſequa. M. & fa. ſupra de leg. iij. l. legatis. §. j.

e *De furtis*. per actio, in factum: vt infra ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. l. j. in princip.

f *Quàm dari*. vnde & ſi primo fuiſſet data, nunc reuocaretur: vt ſupra de adimen. leg. l. legata inutiliter. & de condi. & demon. cũ tale. §. fin. & ſupra eo. l. ſi quis locuples. ſic ergo niſi, poſitũ in hac l. non ponit: de quo plene dixi ſupra ſi quis cau. ſi eum. in fi.

T *Eſtamento*.] CASVS. Teſtamento meo ita dixi: Eudoni, quia primogenitus eſt matris ſuæ, poſtquam libertatem accepit, centum dari volo. quæritur an Eudoni neceſſe ſit probare eum fuiſſe primogenitum matris iam factæ liberæ, vt legatum conſequatur. Reſpon. quòd non. Fran.

g *Teſtamento ita cauit*. ſequitur Græcum, cuius interpretatio per Bul. eſt talis, Eudoni, &c. Accurſius.

h *Primo ſit genitus*. id eſt primogenitus fuit poſt manumiſſionem ff. Nouum.

DE FIDECOMMISSARIIS libertatibus.

Superior titulus eſt de directa libertate, hic de fideicommiſſaria codicillis vel teſtamento relicta, de qua referuntur pleraque Conſtitutiones principum & S. C. veluti Rubrianum, Vitruſianum, Daſumianum, Articuleianum, Iuncianum. & Iuncianum à Conſule Iunco, corrupte legebatur antea, Vinco, atque etiam hodie Iuuenalis Satyra neſcio qua, & in Lampridij Commodo, Iuncto. Cuiacius.

S *I quidam*.] CASVS. Titius inſtituerat per fideicom. vt heredes manumitterẽt ſeruos ſuos poſtquam adiuerint hereditatem: duo ex heredibus incipiunt abſentare ſe iuſta de cauſa. alij duo latitant nolẽtes præſtare libertatem. alij duo ſunt præſentes. Dicitur quòd ſerui efficiũtur liberi per ſenatuſcon. & erũt liberti iſtorum præſentium, & abſentium iuſta de cauſa. Fran.

a *Abſint*. qui iſti ſint, habes. j. eo. ſi eum. §. fi. &. l. neque infantes. &. l. non tantum. §. ſenatuſcon. Accur.
b *Latitent*. De hoc dic vt. j. quibus ex cau. in poſſeſſio. ea. Fulcinius. §. quid ſit latitare. &. §. latitare. &. §. illud ſciendum. Accur.
c *Liber erit*. ex Rubriano ſenatuſcon. vt infra eo. cum vero. §. ſubuentum.
d *His*. ſcilicet pręſentibus & ex iuſta cauſa abſentibus.
e *Proficit*. vt eorũ tantum ſit libertus: vt. j. e. ſi eum. §. eorũ. &. l. neque. & facit. j. e. ſi legatario. §. fi.

DE FIDEICOMMISſariis libertatibus.

TITVLVS V.

Abſentia vel dolus latitantium fideicommiſſariorum non obſtat quin præſentes fideicommiſſarij poſſint ſeruo fideicõmiſſario dare libertatem. hoc dicit.

I. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

SI quidam ex his qui fideicommiſſam libertatem debeant, præſentes ſint, alij ex iuſta cauſa abſint, [a] alij latitent: [b] proinde* is cui fideicommiſſaria libertas relicta eſt, liber erit, [c] atq; ſi ſoli qui adeſſent, & qui ex iuſta cauſa abeſſent, rogati eſſent. Pars ergo latitantis his [d] proficit. [e]

Ad cõfirmationem eorum quæ in teſtamento relinquũtur, requiritur aditio ab inteſtato. Bart.

II. IDEM *libro ſexageſimo ad Edictum.*

SI quis inteſtatus decedens codicillis dedit libertates, [f] neque adita ſit ab inteſtato hereditas: fauor [g] conſtitutionis diui Marci debet locũ habere & hoc caſu, quæ [h] iubet libertatem cõ- C petere ſeruo, & bona ei addici, ſi idonee creditoribus cauerit de ſolido quod cuique debetur, ſoluendo:

III. IDEM *libro ſexageſimoquinto ad Edictum.*

IN quem [i] etiam vtiles actiones plerumque [k] creditoribus competunt.

IIII. IDEM *libro ſexageſimo ad Edictum.*

ERgo [l] quandiu incertum ſit vtrum exiſtat ſucceſſor, an B non, ceſſabit conſtitutio: cum certum eſſe cœperit, [m] tunc erit cõſtitutioni locus. Si is qui † in integrũ reſtitui poteſt, [n] abſtinuerit ſe hereditate: an quandiu poteſt in integrum reſtitui, [o] exiſtimamus conſtitutionem ceſſare, quia non eſt certum ab inteſtato neminem ſucceſſorem extare? [p] Eſt tamen [q] verius, admittendam conſtitutionem. [r] Quid ergo ſi poſt addictionẽ libertatium conſeruandarum cauſa factam, in integrum ſit reſtitutus? Vtique non erit dicendum reuocari libertates quæ ſemel [ſ] competierunt.

Illud videamus, vtrum præſentes [t] eſſe debeant qui libertatem acceperunt, [u] an verò non. Et cum inuitis [x] illis poſſint bona

SI quis.] CASVS. Quidam ab inteſta. decedens in codicillis reliquit per fideicom. libertatẽ ſeruis ſuis. tandem nullus ei ſuccedere vult. Dicitur quòd fauor conſtit. diui Marci extenditur ad hunc caſum. ſ. vt vnus ſeruus ſit liber: & habeat bona defuncti, ſi idonee vult cauere creditoribus domini de ſoluendis omnibus debitis: & etiam abſque promiſſione tenebitur creditorib⁹ domini vtili. & hæc ſunt vera quando eſt certum nullum alium velle ſuccedere. ſi autem eſt dubium: nõ habet hoc locũ. Sed quid ſi ille qui poterat ſuccedere ab inteſta. eſt minor. xxv. ann. & nolit ſuccedere, imò repudiat, an vnus de ſeruis poterit accipere bona? & videtur quòd non: quia poteſt reſtitui, & bona habere. ſed tamen dicitur ꝙ bene vnus de ſeruis poterit petere bona, & habebit, & erit liber, & omnes alij ſerui quibus teſtator reliquerat libertatem: nec reuecantur libertates, licet minor reſtituatur, & habeat bona. Item dicit quòd quãdo vnus de ſeruis petit ſiue petat præſentibus aliis conſeruis omnibus, ſiue non, ſiue etiã inuitis: nõ eſt vis. nam omnes erunt amodo liberi: & quibus pure relicta erat libertas, ſtatim erunt liberi. quibus ex die, die veniente. quibus ex condit. condit. veniẽte. & etiam ſi omnibus relicta erat libertas ſub condit. prædicta habebunt locũ, vt vnus de ſeruis poſſit interim accipere bona defuncti domini. & ſi aliquibus relicta erat libertas, ſi dederint x. heredi: dari debebunt ei ſeruo qui accipit bona defuncti. Poſtea dicit: ſerui quibus per fideicommiſſum erat libertas relicta, erunt manumittendi ab iſto ſeruo qui acceperat bona defuncti domini, tanquam libertatum conſeruandarum cauſa. ADDITIO. Ita demum auditur ſeruus petens bona domini ſibi addici cauſa libertatum conſeruandarum, ſi idonee cauet creditoribus domini de toto debito ſoluendo. Idonee autem dicitur cauere, ſi dat fideiuſſores, vel pignora, vel aliter eis ſatisfacit ad eorum voluntatem. & debent cogi creditores omnes vnum ordinare cui caueatur nomine omniũ. & debet hæc cautio præſtari priuſquam accipiat bona. & cõtinet hæc cautio omne debitum. ſ. ſortem & vſuras. ſed alij ſerui quibus erat relicta libertas in teſtamento pure, cuius erunt liberti? & certe teſtatoris, non iſtius cui addicta ſunt bona: niſi ſub hac condit. acceperit bona, vt illi ſint eius liberti: & illi conſenſerunt: & iſte qui efficitur patronus eorũ, erit tutor eorum, vel alicuius eorũ, ſi inueniatur aliquis eorũ impubes. poſtea dicit: ponę quòd teſtator rogauerat ſeruos alienos manumitti. iſte qui accipit bona cauſa libertatum conſeruandarum, cogetur eos emere, & manumittere. Quid ſi legauerat ſeruum ſuũ, & eum rogauerat de manumittendo: nunc aliquis accipit bona cauſa libertatum cõſeruandarum? Dicitur quòd legatum tenebit, & cogetur legatarius præſtare libertatem. & hæc eadem quę dicta ſunt de ſeruo: locum habent in fiſco accipiẽte bona alicuius defuncti cauſa libertatum conſeruandarum, ſecus ſi ex alia cauſa accipiat:

* perinde.

vt quia caduca, vel ſimili de cauſa. Sed quid ſi hic teſtator qui reliquerat libertatem, erat minor. xx. an. & bona eius ſunt addicta? A Reſpon. libertates quas per fideicom. reliquerat, debebũtur, ſi ex tali cauſa reliquerat ex qua etiã viuens poterat manumittere. Sed quid ſi in fraudẽ credito. reliquerat libertates, nunquid debebuntur ab eo cui bona ſunt addicta? & certe ſi vnus de ſeruis cui ſunt addicta bona cauerit creditoribus de omnib⁹ debitis ſoluẽdis, bene debebuntur omnes libertates: nec nocet creditoribus, cũ eis ſit cautũ ab iſto qui habet bona, de omnibus debitis ſoluendis. ſi autẽ fiſcus accepit bona cauſa libertatum conſeruãdarum: adhuc idem videtur quòd nõ debeantur libertates: cũ & ſi adita eſſet hereditas à vero herede, directæ libertates non valerent, ſi in odiũ creditorũ ſint relictæ, & ex hoc habent damnũ. Item fideicommiſſariæ non valerent, ſi euentu fraudarentur creditores: licet nõ fuerit animus fraudãdi. ſic ergo & in noſtro caſu debet eſſe, cũ fiſcus habuerit bona. & hoc eſt verum. [SI BONA.] Teſtator decedens reliquerat libertatem ſeruis: & dum nemo vult ſuccedere, venit de ſeruis eius vnus: & ei ſunt addicta bona cauſa libertatum cõſeruandarum, procuratore fiſci ſciente & volẽte. bona amodo ſi habere vult, non auditur. ſi autem eo neſciente ſunt data bona vni de ſeruis, & nunc procura. fiſci vult habere bona: auditur ſi lucroſa ſunt bona: alioquin non. Poſtea dicit quòd ille cui addicta ſunt bona, eſt loco bo. poſſeſſoris: vnde & iura ſepulchrorum habet: & tenebitur ex ſtipulatione creditoribus heredit. ſi eis cauerit: alioquin non. & ſi pluribus, puta duobus, ſunt addicta bona: amodo habebunt hæc bona communia, & communes libertos, & fam. erciſc. inter ſe agere poterunt ad diuidenda hæc bona. hoc dicit. cũ duabus legibus ſequentibus. Franc.

† Not. quòd ea quæ dependent ex ſola principis volũtate, ſeu facultate, iudicãtur eſſe impoſſibilia. ad hoc dicit iſtũ text. ſingu. Bal. in. c. 1. verſi. modo venio ad glo. in tit. hic finit lex. in prin. in. 4. col. ſed tamen aduerte quia iſte text. hoc nõ probat, vt videre poteris hic in nouis interpreta. Bol. Ad de do. meũ do. Iaſonem May. in addi. ad Chriſtoph. Por. in. §. ſed quod principi inſtit. de iure natu. Gemi. in. c. cũ cũcta. 9. q. 2. & Car. in cle. fi. de ſenten. excommu.

f *Libertates*. per fideicom. vt ſupra tit. j. l. libertates. Accur.
g *Fauor*. non verba quæ teſtamento facto demum locum habẽt: vt inſtit. de eo cui lib. cau. bona addicun. §. j. &. §. in primis. & fa. ſupra tit. j. quod diuo. &. C. de teſta. manu. l. fin. in princ. & continua ſequen. ll. ad iſtam.
h *Quæ*. conſtitutio. Accurſius.
D i IN *quem*. ſcilicet eum cui bona addicuntur.
k *Plerumque*. ſcilicet quando non interceſſit ſtipulatio: alias datur directa ex ſtipulatu: vt infra. l. proxi. §. penul.
l ERgo. id eſt quia dictum eſt ſupra proxi. in. l. ſi quis. quòd nõ adita hereditate ſeruus poteſt accipere bona cauſa libertatum conſeruandarum.
m *Cœperit*. ſucceſſorem non extare: vt inſtitu. de eo cui lib. cauſa. §. tunc conſtitutionis. & infra proxi. §.
n *Poteſt*. vt quia minor. xxv. an.
o *Reſtitui*. ſcilicet ad hoc vt adeat.
p *Extare*. quod videtur hac ratione: vt & ſupra proxi. reſpon.
q *Tamen*. quamuis in ea cauſa ſit vt reſtitui poſſit. Accur.
r *Conſtitutionem*. vt inſtitu. de eo cui liber. cauſa. §. ſi is. & ſupra tit. j. l. quod diuo.
ſ *Semel*. ſic inſti. qui m̃a. non poſſunt. §. ſemel. &. ſ. de mino. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papi. & inſti. d. §. ſi is. &. C. de teſta. manu. l. iij.
t *Præſentes*. quando bona addicuntur alicui.
u *Acceperunt*. in teſtamento. Accurſius.
x *Inuitis*. vt &. C. de teſt. ma. l. fina. §. ſi vero quidam. ſic infra de re. iur.

UNED

propter libertatem adduci: vtique etiam abſentibus. * Quid ergo ſi quidam præſentes ſint, quidam abſentes? videamus an etiam abſentibus competat libertas. Et poteſt dici, exemplo aditæ [a] hereditatis competere libertatem etiam abſentibus. Si ex die data ſit libertas, an dies expectandus ſit? Et puto expectandum, [b] antè ergo non addicentur. [c] Quid deinde ſi ſub conditione data ſit libertas? Et ſi quidem aliquæ purè, aliquæ ſub conditione: vtique addici ſtatim poſſunt. Si omnes ſub conditione: quid conſequens erit dicere? vtrum expectandum vt conditio exiſtat, an verò ſtatim addicimus, tunc demum competitura libertate, ſi extiterit conditio? quod magis erit probandum. Addictis itaque bonis directæ libertates purè datæ, ſtatim [d] competunt: ex die, cum dies venerit: conditionales, cum conditio extiterit. Nec erit ab re, exiſtimare etiam pendẽte conditione libertatum, licet omnes ſub conditione datæ ſint, conſtitutionem locum habere. Vbi enim libertatis ſpes eſt: ibi dicendum eſt vel modica data occaſione, [e] quod ſine damno creditorum futurum eſt, addictionẽ admittendam.

Facultas implendi conditionem, ad heredem transfertur. Bartolus.

Si ſub conditione † dandorum decem libertas data ſit: ſiue heredi dare iuſſus ſit qui libertatem accepit, [f] ſiue non ſit dictum cui: [g] an dando ei cui bona addicenda ſunt, perueniat ad libertatem, quæri poteſt. Et magis eſt vt ei dari debeat, cui bona addicta ſint, quaſi tranſlata [h] conditio videatur. Certè ſi alij quàm heredi dare iuſſus ſit: ipſi cui iuſſus eſt, dabit. Si qui * fideicommiſſam libertatem acceperunt, [i] nõ ſtatim vbi bona addicta ſũt, [k] liberi ſunt: ſed fideicommiſſam libertatem poſſunt conſequi: hoc eſt, manumittendi ſunt ab eo cui addicta bona ſunt. Addici ita demum bona voluit. [l] ſi idoneè creditoribus cautum fuerit de ſolido quod cuique debetur. Ergo cauendum eſt idoneè. Quid eſt idoneè? ſatiſdato vtique, aut pignoribus datis. Sed ſi ei fides [m] habita fuerit promittenti ſine ſatiſdatione: idoneè cautum videbitur. Creditoribus caueri quemadmodum debet? vtrum ſingulis? an verò omniũ nomine [n] vni ab ipſis [o] creato? [p] Et oportet officio iudicis conſtitui, conuenire creditores, vnumque [q] creare, cui caueatur omnium nomine. Illud videndum, antè caueri debet creditoribus, & ſic addici bona: an verò ſub conditione hac ſunt addicenda, ſi fuerit cautum. Et puto ſic comprehendendum decreto, [r] ſi omnia [ſ] ex conſtitutione diui Marci facta ſint. De ſolido vtique ſic accipiemus, de ſorte & vſuris [t] debitis. Hi qui ad libertatem peruenerunt, quorum liberti fiant, conſtitutio oſtendit: [u] vt qui directam libertatem [acceperunt,] Orcini [x] † erunt liberti: niſi forte is qui addici ſibi bona deſiderat, ita velit addici, vt etiam hi qui directam libertatem acceperunt, ipſius liberti fiant. [y] Qui autem volunt ipſius liberti fieri: vtrum manumittendi ſint ab eo, an verò ipſa addictione hoc comprehendendum, [z] hac conditione ſibi addici bona, vt hi etiam qui directam libertatem acceperunt, ipſius fiant liberti? Et puto hoc eſſe probandum, vt ipſa addictione hoc comprehendatur: ídque verba quoque conſtitutionis admittũt. Cum autem ſeruus libertatem nanctus eſt, vtique etiam tutelam eius habebit [a] is cui bona addicta ſunt. Si alienos ſeruos rogauerat heredem manumittere, vtrum dicimus conſtitutionem locum habere, an verò ceſſabit conſtitutio? [b] Magíſque eſt vt locus ſit conſtitutioni. addictis enim bonis, redimere, & præſtare libertatem cogitur à prætore. Si non heres, ſed legatarius rogatus fuerit manumittere: nunquid ceſſet conſtitutio, quòd [c] legatis non debitis nec libertates poſſunt deberi? Magíſque eſt vt idem fauor ſit. Omnibus enim generaliter voluit [d] libertatem præſtari, quibus competeret ſi hereditas adita fuiſſet. Eadem conſtitutio proſpexit, vt ſi fiſcus bona admiſerit, [e] æquè libertates competant. Ergo ſiue iacent bona fiſco ſpernente, ſiue adgnouerit, [f] conſtitutio locum habet. Cæterùm ſi alia ratione [g] adgnoſcat, apparet, ceſſare debere conſtitutionem. Quare & ſi caducis [h] * legionis bona delata ſint, idem erit probandum. [i]

Item ſi minor viginti annis dedit libertatem, dicemus non competere, niſi ſi fideicommiſſam. [k] hæc enim competeret, ſi modò potuerit cauſam probare minor viginti annis, ſi viuus manumitteret. Si in fraudem creditorum libertas data ſit ab eo qui mortis tempore ſol-

re. iur. qui poteſt inuitis. Sed ar. contra ſupra de arb. ſi in tres.

a *Aditæ.* vt ſicut adita hereditate competunt libertates etiã ignorantib⁹: ita bonis addictis. Accurſius.

b *Expectandum.* ſic vt non addicantur bona antequam dies veniat, ſecũdum quoſdã: quod nõ placet, vt ſtatim dĩcet: ſed dic libertatis dãdæ. Accur.

c *Addicentur.* ei ſeruo cui ex die data eſt libertas.

d *Statim.* ſ. addita hereditate.

e *Occaſione.* Not. bonũ verbum.

f *Accepit.* in teſtamento. Accur.

g *Dictum cui.* quo etiã caſu heredi dãdum eſt: vt infra de ſtatuli. l. qui pecuniam.

h *Tranſlata.* ab herede ad eum cui bona ſunt addicta. M. & eſt ſic ſupra de leg. j. l. is qui in poſ. §. fi. & ſupra ſi quis omiſ. cau. teſt. l. qui autem. in fi. Accur.

i *Acceperunt.* ſ. in teſtamento.

k *Sunt.* vt inſtitu. de eo cui lib. §. j. nam eſt in loco bo. poſ. vt infra eod. §. is autem cui. Accur.

l *Voluit.* conſtitutio: vt inſtitut. de eo cui liber. cauſa. §. j. Accur.

m *Fides.* ſic. ſ. de pign. act. ſi rem. §. omnis. & qui. mo. pign. vel hypo. ſolui. item liberatur. §. j. & inſtitu. de re. diui. §. venditæ.

n *Nomine.* ad hoc vt ei caueatur. Accur.

o *Ab ipſis.* ſ. omnibus creditoribus.

p *Creato.* i. electo.

q *Vnumque.* id eſt vnũ quem voluerint.

q *Vnumque.* quaſi procuratorem: ſic infra de cur. bo. l. j. & ſupra de admi. tuto. l. iij. §. ſed nõ erit.

r *Decreto.* quo bona addicuntur.

ſ *Si omnia.* i. ſub hac cõditione generali, ſi omnia, &c. in qua continetur & cautio.

t *Vſuris.* ſic ſupra de pac. ſi plures in fi. Item dic quæ poſſunt peti.

u *Oſtendit.* dicẽs quod ſtatim recitat: vt inſtit. de eo cui. lib. cau. bo. §. j. ibi, & hi, &c.

x *Orcini.* id eſt teſtatoris.

y *Liberti fiant.* nam tũc aut conſentiunt, & hoc ſtatim dicit. aut non: & tunc remanent ſerui: vt C. de teſta. ma. l. fina. §. ſi verò quidam.

z *Hoc comprehendẽdum.* eſt ſcilicet, hac conditione, &c.

a *Habebit.* ſub. is cui bona addicta ſunt, ſi non eſt in text. &c. ſic inſtit. de legi. pa. tut. vel ſic: teſtator reliquit libertatem Sticho, & tutorem filij eſſe iuſſit, qui Stichus poſtea habuit bona ex addictione. prima placet.

b *Conſtitutio.* quod videtur.

c *Quòd.* i. quia.

d *Voluit.* conſtitutio.

e *Admiſerit.* ex conſtitutione. Accurſius.

f *Adgnouerit.* cauſa cõſeruandarum libertatũ: vt infra ead. l. §. ſi bona. Accurſius.

g *Alia ratione.* vt debitoris fiſci, vel damnati: vel caduca, vel etiam vacantia, cum etiam nullæ ſint libertates inter viuos: vt inſtitut. de eo cui. §. pen. & §. hęc conſtitutio, ſicut & ante prædictam conſtitutionem poterat facere: vt etiam ſubiicit.

h *Caducis.* quidam habent, ducis legionis bona delata ſunt, ſcilicet fiſco ſcilicet alia ratione quàm ex hac conſtitutione. alij habent, caducis legionis, &cæ. & tunc ſecundum P. eſt figurata locutio, id eſt per caduca legionis, id eſt per caducitatem alicuius qui erat in legione.

i *Idem erit probandũ.* ſcilicet vt ceſſet conſtitutio. & fa. ſ. titu. j. quod diuo.

k *Fideicõmiſſam.* quam ab alio præſtare fuerat rogatus, ſecundũ quoſdam: ar. ſupra de manu. te. l. cauſam. ij. reſpon. tu dic quòd etiam poteſt ſuis relinquere per fideicommiſſum ſi ſubſit cauſa: vt hic, &. C. eod. minor. & de re mili. ſi Rufinus. Si ergo omnes libertates directo dedit, ceſſat conſtitutio. ſi per fideicommiſſ. fiet bonorum addictio.

* in vulga. additur, quibuſdam poſſunt addici.

† Colligit Bar. hic ex iſto. §. quod facultas cõditionis implẽdę tranſit ad heredem. Sed tu ne fallaris, hoc nõ eſt indiſtincte verũ: vt not. idem in l. ſi decẽ cũ petiero col. 1. verſi. ſolet eſſe quæſtio j. de verbo. oblig. & ibi omnino Alex. in l. à teſtatore. col. 1. verſi. dices tu. & ſequẽ. de condi. & demonſt.

* Hi qui.

† De his Alex. ab Alex. lib. 3. Gene. ca. 25.

* Vatican. exempl. habet, ſi ad ducis legionis, vt ſit pro ad duces legionis, ad quos totius vexillationis nomine bona deferuntur l. 2. C. de hered. decur. In vno etiã manuſcr. meor. legitur duces. Sunt qui legendũ contendant, caducariis legibus, ſed ſine authoritate vllius libri id conꝛiciunt.

uendo non eſt, an competat? [a] Et ſi quidem fiſcus bona non adgnouerit, fortè competet libertas: quia ſolidum creditoribus offertur. Atquin [b] ſi adita [c] hereditas fuiſſet, non competeret. [d] Certe ſi fiſcus adgnouit hereditatem, facilius probabitur ceſſare libertatem: niſi ſi quis verba conſtitutiõis ſecutus, dixerit ipſum [e] ſibi imputare debere, qui addici ſibi hac conditione bona voluit, vt libertates competant. Si quis autem exemplum aditæ hereditatis fuerit ſecutus, directæ libertates non competent, ſi cõſilium & euentus [f] fuerit fraudandorum creditorum: nec fideicommiſſæ præſtabuntur, ſi euentu [g] fraudentur creditores. Si bona fuerint à fiſco [h] non adgnita, eáque addicta [i] libertatis conſeruandæ gratia, an poſſit fiſcus poſtea adgnoſcere? Et magis eſt ne poſſit. Planè ſi nõ certioratis præfectis ærario, [k] bona fuerunt libertatis conſeruandæ cauſa addicta, videndum eſt an conſtitutioni locus ſit. Et ſi quidem talia fuerunt vt adgnoſci deberent, [l] addictio [m] ceſſat. [n] ſi verò non fuerunt, [o] addictioni locus eſt. [p]

Is autem cui bona addicta ſunt, bonorum poſſeſſori adſimilari debet: & ſecundum hoc & iura ſepulchrorum [r] poterit habere.

Item videamus an conueniri à creditoribus poſſit hereditariis actionibus, an verò non niſi ex cautione quam interpoſuit. Magíſque eſt vt non aliter conueniatur, quàm ex ea cautione quam interpoſuit. [ſ] Si duobus pluribúſve addicta fuerint bona, & communem rem & communes libertos [t] habebunt, & ſecum familiæ erciſcundæ [u] iudicio [x] experientur.

Iudex abſente herede poteſt pronuntiare ſeruum cui debetur fideicom. libertas, liberum eſſe.

quòd ſi fuit ſeruus teſtatoris, erit eius libertus. ſi verò fuit ſeruus heredis, erit libertus ipſius heredis.

V. PAVLVS *libro quinquagenſimo-ſeptimo ad Edictum.*

IN fideicommiſſariis libertatibus ſi abſente herede prætor pronuntiaſſet libertatem deberi: [y] eſt & liber, & defuncti libertus, ſi & ſeruus eius [z] fuit: aut heredis, [a] ſi ſeruus heredis ſit. Imò & ſi ſine ſucceſſore heres [b] deceſſerit: conſeruandam eſſe libertatem ſenatus Hadriani temporibus cenſuit.

Heres non detrahit Falcidiam de legato, ſi id quod legatum fuit pro emendo ſeruo ad eum liberandum, non ſufficit ad pretium ſerui detracta Falcidia, ſed debet ſolidũ legatum ſoluere vt ſeruus ematur.

VI. IDEM *libro ſexagenſimo ad Edictum.*

DEcem legata ſunt, & rogatus eſt legatarius Stichum emere, & manumittere. Falcidia interuenit, [c] & minoris [d] emi ſeruus non poteſt. quidam putant [e] dodrantem accipere debere legatarium, nec emere compellendum. Iidem putant, [f] etiam ſi ſuum ſeruum [g] rogatus ſit manumittere, & dodrantem ex legato acceperit, non eſſe compellendum manumittere. Videamus [*] ne vtique in hac ſpecie [h] aliud dicendum ſit. [i] Sed in ſuperiore [k] ſunt qui putant cogendum legatarium redimere ſeruum, & ſe oneri ſubieciſſe dum accipit vel [l] dodrantem. Sed ſi paratus ſit retro reſtituere quod accepit, an audiendus ſit, videndum. Sed cogendus heres tota decem [m] præſtare, † perinde atque ſi adieciſſet teſtator, vt integra pręſtẽtur. [n]

Bonis teſtatoris venditis propter æs alienum, ita vt non poſſit ſolui totum illud quod legatum eſt, ad emendum ſeruum: pro eo

a *An competat.* bonis addictis. Accurſius.

b *Atquin.* oppoſitio.

c *Adita.* ex teſtamento.

d *Non competeret.* vt ſupra de manu.teſta.l.ſi quis locuples. Acc.

e *Ipſum.* ſcilicet fiſcum.

f *Et euentus.* vt inſtit. qui ma. non poſſ. §. in fraudem. & infra quæ in frau.cre. ſi quis cum haberet. & infra de ſtatuliber.l.j. in fin. &. C. qui manu.non poſſunt. l.j. Accurſius.

g *Euentu.* etiam ſolo. Ioan. vt. C. qui ma.non poſſ. l. ſi. quid ergo erit? quidam dicunt fiſcum non teneri, ſed priuatum ſic, per verba ſuperiora, certe ſi, &c. alij dicunt indiſtinctè quemlibet teneri. prima placet.

h *A fiſco.* aliàs fiſco.

i *Addicta.* alij: & hoc certiorato fiſco & præfecto ærarij, ſecundum Ioan. vt ex ſequentibus patet.

k *Præfectis ærario.* aliàs præfectis: & aliàs præfecto. & dic. id eſt procuratore fiſci: vt infra ne quid in loco pub.l. ij.§.hoc interdictum.

l *Deberẽt.* quia lucroſa.

m *Addictio.* facta.

n *Ceſſat.* id eſt non valet.

o *Non fuerunt.* ſcilicet lucroſa. Accurſius.

p *Locus eſt.* id eſt remanet firma quæ facta eſt. & ad hoc infra de iur. fiſc.l.j.§.an bona. & ſupra de offic.procu.Cæſar.l.j.§.fin.&.l.ſequen. ſecundum hãc ergo videtur dici quòd primo debeat fiſcus admitti quàm extraneus, ſi bona ſoluendo ſint. etiam ſi bona eſſent alicui iã addicta. quod immutatur hodie: vt inſtitu. de eo cui liber. cau. bona addicuntur.§.ne huius. ſecundum Ir. quæ eſt contra. & facit ad hunc §. ſupra ead. l. §. eadem conſtitutione. &.§. ſi in fraudem. & ſupra tit.j. quod diuo. Accur.

q *Adſimilari.* vt ei & in eum actiones vtiles dentur: vt infra proxi. dices.

r *Sepulchrorum.* quia hæc bonorum poſſeſſoribus competunt: vt ſupra de relig.l.vel quæ pater.§.ſed in vtroque. ſecus in eo cui ex Treb. eſt reſtituta hereditas: vt ſupra ad Treb.l.quia perinde. §.j. Accurſius.

ſ *Quam interpoſuit.* id eſt actione ex ſtipula. ſi interceſſerit: aliàs datur vtilis. ſcilicet ex ſtipulatu, tacite ficta interuenire: vt arg. s̃. de adopt. his verbis. vel verius vtilis, quæ heredi & in heredem daretur directa: vt. s̃. eo.l.in quem. Accurſius.

t *Libertos.* Non ſic tranſeunt in Trebellianicum ſucceſſorem: vt ſupra ad Treb.l.ſi patroni filius. in princ.

u *Erciſcundæ.* vtile, cum directum ſoli heredi de iure ciuili detur: vt ſupra fam.erciſ.l.ij.§.j.& facit.l.ſed & eius. §.j.&.l. ſi ex aſſe. in eo.titu. Accurſius.

x *Iudicio.* vtili, ſicut bonorum poſſeſſores. ſoli enim heredes experiuntur directò: vt ſupra fam.erciſc.l.j.

A IN *fideicommiſſariis.*] CASVS. Heres rogatus de manumittendo, non manumittebat. herede abſente iudex pronuntiauit libertatem deberi ſeruo. Dicitur quòd hic ſeruus erit liber: & ſi fuerat defuncti ſeruus, eiuſdem erit libertus. ſi vero heredis erat ſeruus, eiuſdem heredis erit libertus: imò & ſi heres deceſſit abſque ſucceſſore, tamen huic ſeruo debebitur libertas. Franciſcus.

y *Deberi.* quod facere debet: vt. C. eod. ſi ſeruus.l. ancillam. Accurſius.

z *Eius.* ſcilicet defuncti.

a *Heredis.* ſit libertus, niſi ex iuſta cauſa abſit: vt infra eod. ſi cum. §. penult. &.§. fin. Accur.

b *Heres.* qui libertatẽ præſtare debebat.

B DEcem.] CASVS. Legata ſunt Titio x. & rogatus eſt vt de his. x. emat ſeruum Stichum, & manumitat. de iſto legato detraxit heres Falcidiam: & ita id quod eſt datum Titio, non ſufficit ad emendũ Stichum. dicebant quidam iſtam pecuniam lucrari Titium. idem dicunt & ſi hic Stichus erat ipſius Titij, vt lucretur pecu. & non compellatur manumittere. ſed tamen in iſto caſu quando eſſet Titij Stichus: ſine dubio compellitur manumittere. at in ſuperiori caſu licet opiniones eſſent olim ſuper hoc, tamen dicit quòd heres non debet detrahere. Falc. Franciſc.

C c *Interuenit.* vt minus decem legatarius conſequatur.

d *Et minoris.* quàm ſint decem.

e *Putant.* & male. Accurſius.

f *Iidem putant.* ſimiliter & malè.

g *Seruum.* legatarij.

h *Specie.* id eſt quando de ſuo eſt rogatus. Accurſius.

D i *Dicendum ſit.* & vere aliud dicendũ, vt quantumcumque acceperit, omnino manumittat: vt. C. ad.l. Falci. ſi ea. & infra eo. ſi debitor.§.j.

k *Superiore.* caſu quãdo eſt rogatus emere ſeruũ, & manumittere.

l *Vel.* pro ſaltem. Accurſius.

m *Tota decem.* Falcidia non deducta: vt. C. ad.l. Falci. in. d.l. ſi ea. & ſic eſt contra infra eod. ſi legatario.j. reſpon. Sed ibi de ſuo ſeruo, hic de alieno. Item contra. infra ad.l. Falci. ſi ſeruus. cum tribus ſequen. vbi dicit Falci. detrahi etiam de eo quod relinquitur vt alienum redimat & manumittat. Solu. ibi tantum erat in dodrante, quòd ſeruus emi poterat, hic non: vt infra eo. generaliter.§. ſi quis alienum. & infra.l.proxi.

n *Præſtentur.* vt in hoc legato ceſſet Falcidia, quemadmodum ſi nominatim teſtator dixiſſet ne Falcidia locũ haberet: vt in auth. de he-

* Aſſeuerationẽ ſignificat contra Duareni interpretationem.

† Per hunc tex. cum ſua gloſſ. tenet Ar. hic & infert Falcidiã non detrahi de legato ad liberandum ſeruũ, quando hereditas aliàs non eſt locuples: de veritate cuius vide ſin. in l.1. §. de impenſa, ad legẽ Falci.

UNED

de heredi.& Falci. §. ſi vero expreſſim. Sed argu. contra.ſupra ad l.Falcid.quod de bonis. §.j. ſed ibi alio modo occurrebatur. Falcidiæ : vt loquitur hic, ſecundum nouum ius ex dicta authen.& fa.ſupra de inoffic.teſta.Papinia.§.quarta. ADDITIO. Scribentes vbique (quos hic refert Bolog. in nouis ſuis interpreta.) hic reputant iſtam gl. ſing. ad hoc, quòd teſtator videtur prohibere Falcidiam iubendo heredem integra legata ſoluere : vel totam & integram hereditatem reſtitui : vel omnia bona, &c. & ſic per talia æquipollentia verba. Bolog.adde quia eſt cogitãdum ſuper iſta glo. cuius deciſio videtur mihi non vera, ſequentibus mediis.primo per text.in.l.fin.§. omnem. C.de admini.tuto.iunctis ibi dictis per Barto. & vbique vbi vult ille. §.quòd vbicumque lex ſpecialiter & expreſſe aliquid requirit, illud debet ſpecialiter & expreſſim adimpleri,& in forma ſpecifica, nõ autem in genere per æquipollens vel conſimile. ita ponderat illum textum Ange. in princ.inſtitut. de vulga. ſubſti. in.ij.co.verſi. de prima expreſſa,&c. ſed ſic eſt quòd lex vult teſtatorem expreſſim debere prohibere ne Falcidia detrahatur, per text. in authen. ſed cum teſtator.C.ad.l.Falci.iuncta ibidem gloſ. & text. in authen.de here.& Falc. §.ſi vero expreſſim. ergo non ſufficit, per ſimile. Præterea & ſecũdo quando aliquid à.l. requiritur pro forma: non ſufficit per æquipollens adimplere, per theoricam traditam à Bald.Ange.& moder.in.l.j.&.ij.ff.de liber.& poſthum. quare,&c. Ego tibi explicarem iſtud & alia media, & proſequerer amplioribus verbis:ſed occuparem chartam:pro modo cogitabis.

A

necessitate ex facto teſtatoris veniente eum vendidit ſub condit. quæ conditio extitit in perſona heredis : hoc caſu non poterit petere libertatem. Franciſcus.

f *Commiſſum ſit*. à teſtatore.

g *Poteſt*. ſeruus.

liberando poteſt legatarius partem legati petere, ſi de illa parte poteſt ſeruum emere, & caueat ſe empturum ſeruum, & manumiſſurum. aliàs ſecus.

VII. VLPIANVS *libro ſexageſimotertio ad Edictum.*

SI cui legata ſint centum, ita vt ſeruum alienum redimat, & manumittat:& bonis heredis vẽditis, partem, non totum perſequatur: [a] non aliàs debet conſequi legatum, quàm ſi cauerit ſe manumiſſurum : ſed hoc tunc demum, ſi largiatur [b] portio quam accepit, ad ſerui pretium: paratúſque ſit dominus tanti eum vendere : alioquin [c] exceptione doli debebit legatarius repelli. [d]

B

Legatarius non cogitur ſubire onus iniunctum à teſtatore, niſi ſoluto legato.

VIII. POMPONIVS *libro ſeptimo ex Plautio.*

EVm cui mille nummi legati fuiſſent, ſi rogatus fuiſſet viginti ſeruum manumittere : non cogi fideicommiſſam libertatem præſtare, ſi legatum non caperet, conſtat. [e]

Alienatio neceſſaria quandoque excuſat, vbi voluntaria non excuſaret.

C

IX. MARCELLVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

CVm fidei heredis commiſit [f] * ne ſeruus alienã ſeruitutem patiatur : experiri poteſt [g] confeſtim vt fuerit alienatus, & petere libertatem. Sed vbi alienatio non eſt voluntaria, ſed neceſſitas alienandi ex cauſa teſtatoris pendet : [h] prope eſt vt nondum debeat præſtari fideicommiſſum, quòd [i] poteſt videri defunctum nihil ſenſiſſe de huiuſmodi caſu alienationis.

* Commiſſum ſit.

Si ideo teſtator prohibuit ſeruum vendi, vt ſi vendatur, fiat liber : ei vendito competit libertas.

X. IDEM *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

QVidam in teſtamẽto ſcripſerat : *Illum & illum ſeruos meos venire* [k] *nolo*. Si ideo eos noluit venundari, [l] vt ſi veneant, [m] ad libertatem perueniant : præſtanda erit libertas. [n] Nam & illi videtur libertas relicta, [o] de quo ita ſcriptum eſt : *Nolo alij quàm tibi ſeruiat*. Secundum hæc igitur ſi quoquo modo [p] vendere tentauerit ſeruum, confeſtim peti poterit libertas : nec quo minus pręſtet libertatem, proderit heredi ſi eum redemerit : [q] quia ſemel extitit conditio.

Si heres grauatus ſeruum manumittere, eum vendat, poteſt ſeruus etiam abſente emptore, petere ſe ab herede manumitti. Frã.

Is cui libertas debebatur, veniit. [r] Si vult ab herede manumitti, non erit interueniendum [ſ] ei cui heres præſens erit, emptor latitauit : [t] quoniam poterit vti

h *Pendet*. veluti ſi teſtator neceſſe habuerit eum alienare ſub conditione,& conditio extiterit in perſona heredis : vt argu. infra de verbo. obligationib. ſi ſeruum. §. item ſi homo. Et ſic nota quædam permitti ex neceſſitate, quæ ex voluntate non permittuntur : vt ſupra de fundo dotali.l.j.& ſupra de legatis.j.filiusfami. miles.§. diui. in fine. & de lega. ij.l.peto.§.prædium.& de lega.iij.pater filium. ij.reſponſo. & ſupra de petitio.heredita.diuus. & famil. erciſcun. qui erat.

i *Quòd*.id eſt quia.ſed contra infra eod. l. rogo ne Stichus. in fine. Solu. ibi cogitauit teſtator quocunque modo alienaretur : hic nõ: quod in dubio præſumitur. vel ibi ex perſona heredis aduenit neceſſitas alienandi : hic teſtatoris. & facit infra l.proxima.

SI cui.] CASVS. Legaui tibi.c.& rogaui te vt Stichum emas & manumittas. bona heredis mei vendita ſunt propter debita, ita quòd partem legati tibi dare poteſt.nunquid poſſis illam partem petere, quæritur.& dicitur quòd ſi de illa parte potes emere ſeruum, habebis eam, dum tamen caueas te empturum ſeruum & manumiſſurum & ſi nolis cauere:non audieris.Franc.

a *Perſequatur*. id eſt conſequatur. Accurſius.

b *Largiatur*.id eſt ſi tantum conſecutus ſit quantum pretium ſerui poſtulabat.M.ſcilicet alieni redimendi.ſecus in ſeruo : vt infra eo.ſi legatario.in princ.quæ eſt contra.

c *Alioquin*.id eſt ſi non caueat.non autem dicas.id eſt ſi noluerit vendere dominus. nam licet non venderet, debet tamen iſte habere legatum : vt ſupra de lega.j.ſi fundum.§.Iulianus.& facit C.eod.deberi.

d *Repelli*. petens legatum.

EVm cui.] CASVS. Legaui tibi mille nummos, & rogaui te vt ſeruum tuum valentem.xx.manumittas. Dicitur quòd non cogeris manumittere niſi habeas legatum.Franc.

e *Conſtat*. vt ſupra de mino.ſi minor.xxv.ann. &.C. de fideicom. l.ab eo.& ad.l.Falci.ſi ea.Accurſius.

CVm fidei.] CASVS. Rogaui heredem meum ne Stichus ſeruus meus alienam ſeruitutem quàm ſuam patiatur. ſi heres meus eum alienat, ſtatim poterit Stichus petere libertatem. & hæc ſunt vera quando voluntariè heres alienauit. ſi autem ex

QVidam in teſtamento.] CASVS. Teſtator prohibuit quoſdam ſeruos vẽdi.ſi ideo eos noluit vendi, vt ſi vendantur, fiant liberi (quod voluiſſe præſumitur) efficiuntur liberi ſi vendãtur. idem eſt ſi teſtator dixerit, nolo quòd tales ſerui alij ſeruiant quàm tibi heredi. nam ſtatim cum heres eos vendere tentauerit, erunt liberi : nec auditur heres ſi eos redimeret,quo minus ſint liberi.[IS CVI.] Heres grauatus de manumittendo ſeruum, eum vendidit. poteſt ſeruus etiam abſente emptore petere ab herede ſe manumitti. [IS CVI.] Heres erat rogatus de ſeruo Sticho manumittẽdo.paſſus eſt Stichus ſe vendi tanquam ſeruum ab iſto herede : qui heres promiſit de euict. non tamen erat ſoluendo. hic ſeruus petit ſe manumitti, & eſt manumiſſus. quæritur an emptor habeat regreſſum contra Stichum : ſicut ſi liber homo pateretur ſe vendi tanquam ſeruum. & dicit quòd emptor habet regreſſum contra venditorem ſicut ſi ſtatuliberum vendidiſſet.Franciſcus.

D

k *Venire*. id eſt vendi.

l *Venundari*. quod præſumitur : vt infra eod. l. generaliter. §. ſi petitum.

m *Si veneant*. id eſt vendantur.

n *Libertas*. illis venundatis.

o *Relicta*. vtpote per fideicom. relicta ſi contingat eum alienari: vt & infra eo.l.rogo.Accurſius.

p *Quoquo modo*. etiam ex neceſſitate ex perſona heredis interueniente : vt.d.l.rogo.

q *Redemerit*.not.ſic ſupra depo.l.j.§.ſi rem.&.j̃.rem ratam habe. quo enim.§.j.& arg.ſ̃. de mino.l. verum.§. item quæri.&.j̃.quo. le.l.j.§.prodeſt autem.item facit.ſ̃.de ſeru.expor.l.ſi.&.ſ̃.l.proxi. &.j̃.l.imperator.in princ.

r *Veniit*. id eſt venditus eſt.

ſ *Interueniendum*. id eſt contradicendum.

t *Latitauit*. maxime : quia etiam ſi præſens eſſet, eandem habet electionem : vt.j̃.eo.l.generaliter.§.vlt.

UNED

ſenatuſconſulto, [a] vt quaſi ex teſtamento ad libertatem perueniat.

Qui ſeruum cui data eſt fideicommiſſ. libertas, vendit: tenetur emptori de euictione.

Is cui ex fideicommiſſo libertas debebatur: ab eo qui ſoluendo non [b] erat, paſſus eſt ſe bonæ fidei emptori tradi. Exiſtimas [c] in manumiſſum conſtituendam actionem, [d] exemplo eius qui liberi hominis emptorem ſimulata ſeruitute decepit. Ego quoque adducor, [e] vt putem rectè aduerſus venditos [f] actionem competere: & magis [g] ſimilem videri ſtatulibero, [h] qui pridie quàm ex teſtamento ad libertatem perueniret, idem fieri paſſus eſt.

XI. Modestinvs libro primo Differentiarum.

Ex cauſa fideicommiſſi ſeruo libertatem dare ſine tutoris auctoritate pupillus non poteſt. [i]

XII. Idem libro ſingulari de Manumiſsionibus.

Imperator Antoninus, cum Firmus Titiano tragœdos tres [k] C legaſſet, & adieciſſet, *quos tibi commendo, ne cui alij ſeruiant*: publicatis bonis Titiani, reſcripſit debere eos publicè [l] manumitti. Et legatarius non minus quàm heres rogari poteſt ſeruum manumittere: & ſi ante manumiſſionem deceſſerit, ſucceſſores eius debent [m] manumittere. Diuus Antoninus & Pertinax reſcripſerunt, hereditate fiſco vindicata, quoniam tacitè [n] quis rogatus erat, ei qui capere non poterat, reſtituere hereditatem: & directò & per fideicommiſſum datas [o] libertates deberi. [p]

XIII. Idem libro nono Regularum.

D Si prægnãs ancilla moram non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuitò patiatur, nè manumittatur: liberum quidem non pariet, ſed cogetur qui manumittere debuit, natum matri [q] tradere, vt per eam perueniat ad libertatem.

Non intelligitur repetitũ, quod repetitum vitiaret: Barto.

XIIII. Idem libro decimo Reſponſorum.

Lucius Titius teſtamento facto Seiam vxorem ſuam, item Titiam filiam communem æquis portionibus ſcripſit heredes. [r] item alio capite: [ſ] *Erotem ſeruum meum, qui & Pſyllus vocatur, liberum eſſe volo, ſi vxori meæ placeat.* B Cum itaque Seia vxor Lucij Titij abſtinuerit ab eadem hereditate, & ex ſubſtitutione portio eius ad Titiam filiam peruenerit: quæro, an Eroti, qui & Pſyllus vocatur, ex his verbis ſupraſcriptis Libertas competit. Modeſtinus Eroti, quòd vxor teſtatoris hereditate ſe abſtinuit, non obeſſe reſpondit. Item quæro, an Seia vxor, quæ ſe hereditate abſtinuit, petenti Eroti libertatem iuſtè contradicere poſſit. Modeſtinus reſpondit, Seiæ diſſenſum nullius eſſe momenti. [t]

XV. Idem libro tertio Pandectarum.

Si quis ex cauſa fideicommiſſi manumiſſurus eſt, nullo modo deteriorem eius ſerui conditionem facere poteſt: ideóque nec vendere eum interdum alij poteſt, vt ab eo cui traditus eſt, manumittatur: & ſi tradiderit, redimere illum cogitur, & manumittere. Intereſt enim nonnunquam, [u] à ſene potius manumitti quàm à iuuene.

XVI. Licinnivs Rvfinvs libro quinto Regularum.

Libertates etiam per fideicommiſſum dari poſſunt: & quidem largius quàm directò. nam non tantum propriis, ſed & alienis ſeruis per fideicommiſſum libertas dari poteſt: [x] ita tamen, vt vulgaribus [y] verbis, & quibus euidenter voluntas teſtatoris exprimi poſſit.

XVII. Ex libro vicenſimoprimo Digeſtorum Scæuolæ Claudius.*

a *Senatuſconſulto*. Rubriano, quod ei electionem dat: vt. j. eod. l. ſi eum. & facit. s. de act. empt. l. Titius.
b *Non erat*. vnde inefficax eſt act. de euict. l. contra eum.
c *Exiſtimas*. tu iuriſconſulte quiſpiam.
d *Actionem*. emptori in factum in duplum eius quod dedit, vel obligatus eſt emptor. nam ſic eſt in libero empto: vt ſubiicit. & infra de lib. cau. l. rectiſſime. & l. in tantum.
e *Adducor*. i. moueor.
f *Venditos*. aliàs venditorem: & hæc bona. & aliàs vẽditos, & hæc mala.
g *Magis*. quàm manumiſſus teneatur: & ſic corrigitur quod proxime dixit.
h *Statulibero*. qui ſi ad pretium participãdum paſſus eſt ſe vendi, non peruenit ad libertatem. aliàs cum pure non cõpetebat libertas, tempore venditionis proclamauit in libertatem. ſecus ſi competebat: vt infra qui. ad liber. pro non licet. l. Licinnius. emptor verò poteſt agere de euictione. ſed ſi venditor non ſit ſoluendo, datur aduerſus manumiſſum de dolo: argu. ſupra de dolo. l. & eleganter. §. ſeruus patroni.

Ex cauſa.] casvs. Pupillo legatũ relictum eſt, & eſt grauatus de ſeruo ſuo manumittendo. Dicitur quòd non poteſt manumittere abſque tutore.

i *Non poteſt*. de proprio dicit, non de relicto ſibi ad hoc: quia etiam ſine tutore manumitteret eum. argu. ſupra de ma. vindi. l. ſi rogatus. in prin. vbi dicit incunctanter. & arg. infra eod. l. cum quaſi. §. j. & dic vt ſupra de manu. l. ſeruus furioſi. Accurſius.

Imperator.] casvs. Firmius Titiano tres ſeruos legauit, & eum rogauit ne alicui alij ſeruiant. ſi propter aliquod delictum Titiani bona ſunt publicata, hi ſerui manumittentur à republica. Secundo dicit: ſicut heres, ita legatarius poteſt rogari de ſeruo manumittendo. & ſi quis rogatus de manumittendo decedat prius quàm manumittat, heres eius cogetur manumittere. Tertio dicit: heres inſtitutus hereditatem amiſit, eo quia accommodauerat fidem teſtatori de aliquo dando non capaci, & ſic fiſcus bona habuit. Dicitur quòd nihilo minus libertates relictæ in teſtamẽto, ſiue directæ ſint, ſiue fideicommiſſariæ, tenebunt. Franc.

k *Tres*. ſcilicet ſeruos.
l *Publicè*. id eſt à repub. & fa. s. eo. l. cum fidei. & l. quidam.
m *Debent*. vt ſupra de le. ij. l. cum ita. §. j.

n *Quoniam tacite*. bona ratio: vt & C. ad leg. Falc. l. iij. & ſupra de A proba. l. cum tacitum. & infra de iure fiſ. l. non intelligitur. §. cum ex cauſa. & ſupra de vſur. l. cum quidam. §. in tacito.
o *Datas*. ſcilicet in teſtamento.
p *Deberi*. vt & infra de iure fiſc. l. Statius Florus. §. fi. cum prædictis concord.

Si prægnans.] casvs. Heres vel legatarius rogatus manumittere ancillam, fuit in mora manumittendi: non ſua culpa ſed fortuito caſu impeditus. interim ancilla prægnãs peperit. Dicitur quòd cogitur eam manumittere, & ei tradere partũ ad manumittendum.

q *Matri*. de hoc diſtingue vt dixi. C. eod. l. iij. & facit infra titul. iiij. l. iij.

Lucius.] casvs. Inſtitui vxorem meã & filiam meam heredes æqualiter: & Eroti ſeruo meo reliqui libertatẽ ſi placebit vxori meæ. tandem vxor mea abſtinuit ſe ab hereditate. & ſic omnia bona veniunt ad filiam meam. Dicitur quòd libertas debebitur Eroti: nec requiritur conſenſus vxoris meæ, ex quo mihi nõ ſucceſſit. Franc. Accurſius.

r *Heredes*. & inuicem ſubſtituit.
ſ *Capite*. teſtamẽti ſcilicet ſcripſit Erotem* In vulg. Is qui.
t *Momenti*. quia non videtur libertas collata in eius arbitrium, niſi ſit heres. ſed contra. C. eod. l. cum proponas. Sol. ibi ſubauditur maxime, vt ibi dixi.

Si qui.] casvs. Qui ex cauſa fideicommiſſi manumittere debet ſeruum: non poteſt facere deteriorem eius cõdi. hinc eſt quòd nec eum vendere poteſt vt ab emptore manumittatur. & ſi vendat, cogitur eum redimere & manumittere. Franciſ.

u *Nonnunquã*. ſed multotiens à ſene, quia ſenex citi⁹ moritur quàm iuuenis, præſumptione iuris: vt ſupra ad leg. Falci. l. hereditatum. licet ſecus quandoq; cõtingat: ſupra de inoffi. teſta. l. nam & ſi. ſic ergo non tot operas præſtabit, quot iuuenis ſecundum Ir. & facit. j. eo. l. generaliter. §. fin.

*Scilicet Triphonin⁹ qui & Venuleius, qui notas ſcripſit ad Scæuolæ digeſta. hic locus in vulgar. edit. valde erat deprauatus. Ant. Aug. li. 1 ca 4.

Libertate.] casvs. Libertas poteſt relinqui directò, itẽ per fideicommiſſum. & quandoque melius eſt ſi per fideicommiſſum detur, vt ſeruis alienis: dum tamen idoneis verbis relinquatur. Franciſ. Accurſius.

x *Poteſt*. ſed directò tantum ſuis: vt. C. de manumiſſ. teſta. l. ſeruo.
y *Vulgaribus*. id eſt apertis, qualia ſunt inſtit. de ſing. re. per fideicommiſſ. re. §. fina. Accurſius.

Cum.]

CVm.] CASVS. Dixit teſtator heredi: cum tibi videbitur manumittere Stichum ſeruum meum, manumittas. per hæc verba fideicommiſſaria videtur relicta libertas. Franciſ. A

a *Cum tibi.* aliàs. l. & incipit, Celſus lib. 21. ad Sabinum. Acciolam Claudius, cum tibi viſum fuerit, manumitte, &c. Aliàs. §. & dic Claudium eſſe nomen inſtituti. & facit. j. eo. l. fideicommiſſaria.

b *Viſum fuerit.* ſcilicet opportunum.

TEſtaméto.] CASVS. Reliqui libertatem ſeruo meo in teſtamento hoc modo: Pãphilus ſit liber ſi bene ſe geſſerit in rationibus meis. tandẽ adhuc aliquo tẽpore vixi: poſtea deceſſi: nec vlla querimonia eſt facta de Pamphilo quòd male ſe geſſerit. dicitur quòd erit liber.

c *Querelæ.* ſic ſupra ad Sila. l. j. §. fina. & facit. C. de manu. teſta. l. iiij.

HErede.] CASVS. Vxor inſtituit virum ſuum heredem, & per fideicõ. reliquit libertates quibuſdã ſeruis. caſtaldio viri cũ vir abeſſet, & ex iuſta cauſa: petiit à præſide ſibi dari libertatem: & data fuit. nunc vir reuerſus petit ab iſto liberto facto rationẽ eius quod geſſit in ſeruitute. Dicitur quòd non auditur. VXORI.] Maritus legauit vxori ſuæ dotem, & plures alias res: & rogauit eam per fideicom. quòd ipſa manumitteret apud cõſilium ſeruum ſuum nomine Aquilinum. mulier nõ vult manumittere. Dicitur quòd cõpellitur manumittere: & ſi aliqua legata erunt relicta Aquilino, poterit petere. Franciſ.

d *Marito.* ab vxore. Ac.

e *Dedit.* ſcilicet in teſtamento.

f *In quibus.* ſ. ſeruis manumiſſis in teſtamento per fideicõmiſſum. Ac.

g *Actori.* i. caſtaldioni.

h *Mariti.* ſ. dedit libertatem per fideicom.

i *Iſti.* aliàs iſte, ſcilicet ſeruus caſtaldio.

k *Deberi.* quod facere debet: vt infra eod. l. ſi legatario. §. fin.

l *Non poſſe.* vt. C. an ſeruus ex ſuo facto. l. penult.

m *Legauit.* ſcilicet maritus.

n *Negauit.* ſcilicet mulier.

o *Quòd.* id eſt quia.

p *Sibi.* ſcilicet vxori.

q *Vellet.* ſcilicet vxor.

r *Compellendam.* ſic. C. ad. l. Falcid. l. ſi ea. & C. eo. l. deberi. & ſ. de leg. ij. l. cum pater. §. qui dotale. Accurſius.

ſ *Eúmque.* ſcilicet Aquilinum.

t *Legata ſunt.* ſiqua ſunt. Accurſius.

APud Iulianum.] CASVS. Titius heres inſtitutus erat rogatus manumittere ſeruum hereditarium. erat etiam grauatus reſtituere hereditatem Seio. hic Titius reſtituit hereditatem Seio, retento iſto ſeruo quẽ debebat manumittere. nunc non vult manumittere, & ſic latitat: vel forte eſt abſens ex iuſta cauſa. dicitur quòd iudex ſiue prętor debet eum pronuntiare fore liberum. Secundo pone quòd Titius reſtituit iſtum ſeruum cum tota hereditate Seio. nunquid Seius compellitur manumittere? & Iulianus dicit quòd ſic: vt ſit idem in iſto cui eſt hereditas reſtituta, ſicut & in emptore talis ſerui. Sed Pomponius quærit à quibuſdam an hoc dictum Iuliani ſit verum. & dicit Pomponius, merito quæro: quia volo addiſcere. nã recordor de quodam dicto Iuliani, qui dixit: & ſi alterum pedem in ſepulchro haberẽ, &c. & illi reſpondent & dicunt quòd ille ſeruus non debeat tradi Seio: ſi tamen traditus ſit, eſt verum quod dixit Iul. & confirmauit dictum eius. Franciſ.

u *Seruum.* ſcilicet per fideicommiſſum. Acc.

x *Debebit.* ſcilicet adhuc manumittere.

y *Debebit.* manumittere ſeruum nondum traditum.

z *Cõpetit.* aliàs cõuenit.

a *Emptores.* quid in his ſeruetur, habes. j. eo. l. generaliter. §. fina.

b *An hæc.* Iulianus hæc ſcripſit: ſed an tu Ariſto & Octa. vt. j. dices, putas hæc vera? & bene facio quòd quæro ego Pompon. quia volo addiſcere. nã propter amorem addiſcẽdi notaui & memoriæ commãdaui quoddam dictum Iulia. & ſi alterum, &c. & facit. j. de va. & extraor. cog. l. j. §. j. & in decretis. xx. diſtin. c. de quibus. & xxxviij. diſtinct. nullus epiſcopus.

c *Ego.* Pomponius.

d *Belliſsime.* nũc refert quod ei fuit reſpõſum.

e *Non eſſe.* C. ad ſenatuſconſul. Trebel. l. fin. contra. Solu. hic ſpeciale, fauore libertatis.

f *Scribit.* ſupra ij. reſpon. legis.

ROgo.] CASVS. Teſtator inſtituit Titium heredem, & dixit: rogo heredẽ ne Stichus in alterius ſeruitutẽ deueniat. videtur dare per fideicõmiſſum libertatẽ iſti Sticho, ſi perueniat in alterius ſeruitutẽ: nec ſolũ poſt mortẽ heredis perueniet ad libertatẽ, ſed etiã aliquãdo ante: vt ſi heres iſtũ ſeruũ alienet. nec impeditur libertas ſi iſte heres eũ redemerit. & hæc ſunt vera, ſiue voluntaria ſit alienatio, ſiue nõ. Fran.

g *Placuit. principi.* per prædicta verba.

h *Libertas.* quaſi dicat nihil: vt inſtit. de iu. perſo. §. j.

i *Semel.* non ſufficit ſemel. ſic. ſ. de aqua plu. arcen. l. in diem.

k *Si non voluntaria.* ſed neceſſaria. & ſic eſt contra. ſ. eo. l. cum fideicõ. Sol. plene dic vt ibi. & facit. ſ. eo. l. quidã. & quod ibi dixi.

l *Per ipſum.* id eſt voluntate eius.

m *Ratione.* dic vt infra de verbo. obliga. l. cum ſeruus. & ſupra de condict. inde. l. fin.

CVm [a] *tibi viſum fuerit* [b] *manumittere*, vtiliter datur fideicommiſſa libertas.

XVIII. SCÆVOLA *libro vicenſimotertio Digeſtorum.*

TEſtamento ita cauit: *Pamphilus ſi bene ſe geſſerit* [*in*] *rationibus meis, liber eſto.* Quæſitum eſt, cum manente eodem teſtamento, poſt aliquot annos deceſſerit, nec vllæ * querelæ [c] locus de Pãphilo circa rationes patroni ſit, an ex teſtamento libertatem ſit conſecutus. Reſpondit, nihil proponi B cur non ſit conſecutus.

* vlli.

XIX. IDEM *libro vicenſimoquarto Digeſtorum.*

HErede inſtituto marito, [d] per fideicommiſſum libertatem ſeruis dedit: [e] in quibus [f] & Sticho actori [g] mariti. [h] quæſitum eſt, cum abſente domino iſti [i] præſidem prouinciæ adierint, vt libertas ſibi præſtaretur, quaſi ex iuſta cauſa heres abeſſet, & præſes prouinciæ pronunciauerit libertatem deberi: [k] an agi cum Sticho poſſit, vt rationem actus à ſe adminiſtrati reddere compellatur. Reſpondit, non poſſe. [l]

Vxori dotem & alias res plures legauit: [m] & eius fidei commiſit, vt Aquilinum ſeruum proprium mulieris apud conſilium manumitteret. id negat [n] † ſe facere debere, quòd [o] ipſius proprius eſſet. quæro an libertas ei debeatur. Reſpondit, vxorem, ſi ex teſtamento non ſolùm dotem, ſed etiam cætera legata præſtari ſibi [p] vellet, [q] compellendam [r] ex cauſa fideicommiſſi Aquilinum manumittere: eumque [ſ] cùm liber erit, petiturum ea quæ ſibi legata ſunt. [t] C

† negauit.

Aug. lib. 1. emend. ca. 8.

XX. POMPONIVS *libro ſeptimo Epiſtularum.*

APud Iulianum ita ſcriptum eſt: ſi heres rogatus ſeruum [u] manumittere, ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditatem reſtituerit: cogi debebit [x] manumittere: & ſi latitabit, vel ſi iuſta ex cauſa aberit, prætor cauſa cognita ſecundum ſenatuſconſulta ad eas cauſas pertinentia pronunciare debebit. [y] Si verò ſeruum ſuſceperit is cui hereditas reſtituta fuerit, ipſum competit [z] manumittere: & eadem in perſona eius obſeruari conueniet, quæ circa emptores [a] cuſtodiri ſolent. An hæc [b] vera putes? Nam ego [c] diſcendi cupiditate, *quam ſolam viuẽdi rationem optimam in octauum & ſeptuageſimum annum ætatis duxi: memor ſum eius ſententiæ, qui dixiſſe fertur: Κἂν † τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῷ χω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. [id eſt Etſi alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere.] Belliſſimè [d] Ariſto & Octauenus putabãt hunc ſeruum de quo quæreretur, fideicommiſſæ hereditatis non eſſe: [e] quia teſtator rogando heredem vt eum manumitteret, nõ videretur de eo reſtituendo ſenſiſſe. Si tamen per errorem ab herede datus fuerit, ea dicẽda ſunt quę Iulianus ſcribit. [f]

*Not quòd bonũ eſt ſemper diſcere concor. tex. & ibi gloſ. in cano. nullus epiſcopus. xxxviij. diſtin. text. in cano. ſi habes 24. q. 3.

†Vide Eraſ. ad hunc locum Chil. 2. cẽt. 1. prou. 52. Iuxtaque hanc ſentẽtiã eſt quod M Cicero de Senectute inducit Solonem en verſib' gloriantem qui ſe quotidie aliquid addiſcẽtem ſenem fieri diceret.

XXI. PAPINIANVS *libro nonodecimo Quæſtionum.*

ROgo *ne Stichus alterius ſeruitutẽ experiatur.* Intelligi datam fideicommiſſam libertatẽ placuit principi. [g] Quid enim tam contrarium eſt ſeruituti, quàm libertas? [h] Nec tamen quaſi poſt mortem heredis data videbitur. quod eò pertinet, vt ſi viuus eum alienauerit, confeſtim libertas petatur, nec proſit ad impediendam libertatis petitionem, ſi redemerit eum, cuius ſemel [i] conditio extitit. Idem probandum eſt & ſi non voluntaria [k] alienatio ab herede facta eſt: nec refragabitur, D quòd non per ipſum [l] alienatio facta eſt. fuit enim quaſi ſtatuliber, & quacunque ratione [m] conditio impleta eſt.

S *I legatario.*] CASVS. Teſtator legauit Titio decem, item fundum, & grauauit eum vt manumitteret ſeruum ſuum Stichū. A legatarius cœpit petere. x. detracta eſt inde Falcidia, & ſic legatarius non vult hoc legatum pecuniæ habere, nec manumittere ſeruum. dicitur quòd compellitur legatum pecuniæ accipere detracta Falcidia, & manumittere ſeruum. [A DVOBVS.] Duo erant heredes, & grauati ſunt manumittere duos de ſeruis eorum quos vellent: cum tres tantum ſeruos haberent. vnus heredum latitat, nec vult eligere qui duo ſint manumittendi. Dicitur quòd ſtabitur electioni alterius heredis tantum qui pręſens eſt. ſed ſi vnus de ſeruis decedit antequam eligantur: tunc tantum duo qui ſuperſunt, veniunt manumittendi. [CVM IS.] Heres rogatus manumittere ſeruum, abeſt iuſta de cauſa, ſiue non iuſta, & ſic latitat: vel ſi erant plures heredes, & grauati manumittere ſeruum: quidam eorum abſentes ſunt iuſta de cauſa, quidam non iuſta de cauſa: & quidam ſunt præſentes: vel ſi heres grauatus decedat, nec aliquis ei ſuccedat: vel ſi heres rogatus abſtineat ſe ab heredit. dicitur quòd iudex debet pronūciare hunc liberum velut ex teſtamēto illius qui reliquerat per fideicō. libertatem. Item debebit iudex pronunciare qui fuerint abſentes iuſta de cauſa, vt illi ſint patroni: & qui non iuſta, & illi non erunt patroni. Franciſ.

* Libertos.

XXII. IDEM *libro vicenſimoſecundo Quæſtionum.*

SI legatario fundi [a] decem [b] pretij nomine relicta ſunt in hoc, vt ſeruum ſuum manumittat: quamuis fundi legatum adgnouerit, ſi tamen pecuniæ propter interuentum Falcidiæ non adgnouerit, cogendus eſt & pecuniam accipere habita legis Falcidiæ [c] ratione, & ſeruo fideicommiſſariam libertatem præſtare, cum ſemel fundi [d] legatum adgnouerit. B A duobus heredibus, qui tres ſeruos habebat, petiit [e] vt duos ex his, quos voluiſſent, manumitterent. altero heredum latitante, alter declarat quos velit manumittere. Poteſt dici fieri liberos: vt perinde libertas competat, ac ſi præſens ſolus manumittere potuiſſet. [f] Quòd ſi ex ſeruis vnus deceſſerit: [g] ſiue iuſta ex cauſa abſit heres, ſiue fari non poſſit, à quo petitum eſt: decernente prætore, duos, qui ſuperſunt, fieri liberos * conuenit.

Cum is qui fideicommiſſam libertatem præſtare debet, iuſta ex cauſa [h] abeſt, aut latitat: aut quidam [i] præſentes ſunt, alij ex iuſta cauſa abſunt: C nonnulli fruſtrandi [k] gratia fideicommiſſi copiam ſui non faciunt: aut ei [l] qui libertatem debuit, heres non extitit: aut ſuus heres hereditate ſe abſtinuit: prætor pronuntiare [m] debet, ex teſtamento Lucij Titij fideicommiſſam libertatem competere. [n] ídque ſenatuſconſulto demonſtratum eſt, quo ſenatuſconſulto comprehenſum eſt, ne dubium & obſcurum eſſet cuius libertus fieret, prætorem pronuntiare debere, qui ex iuſta cauſa, & qui detractandæ libertatis gratia abſit. [o]

Heres rogatus de manumittendo ſeruo, non poteſt differre manumiſſionem ob hoc quòd dicat ſeruum expilaſſe res hereditarias, vel male geſſiſſe res domini. Fran.

XXIII. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

FIdeicommiſſaria libertas prætextu compilatæ [p] hereditatis aut rationis geſtæ [q] non differtur. Fideicommiſſariam libertatem ab herede non præſtitam cogendus eſt heredis heres, qui reſtituit ex Trebelliano ſenatuſconſulto hereditatem, præſtare, [r] ſi eius perſonam [ſ] eligat, qui manumittendus eſt.

Onus manumittendi ſeruum, tranſit ad heredem fideicōmiſſarij qui rogatus fuit manumittere.

Seruum peculij caſtrenſis, quem pater fideicommiſſi verbis à legitimis filiis heredibus [t] liberari voluit, filium militem, vel qui militauit, ſi patris heres extitit, manumittere cogendum [u] reſpondi, quoniam proprium [x] manumiſiſſe defunctus poſt donationem in filium [y] collatam exiſtimauit. portionē enim à fratre [z] domino fratrem eundémque [a] coheredē citra damnū [b] volūtatis [c] redimere non cogendū: nec ob eundem

a *Si legatario fundi.* cui fundus &. x. ideo relicta erant, vt ſeruum ſuum manumittat. Accurſius.

b *Decem.* præter fundum.

c *Legis Falcidiæ.* contra ſupra eo.l.decem. in fin.&.l.ſequen. Sol. vt in.l.illa, decem.

d *Fundi.* vt &.ſ.de leg.ij.l.v.& facit.C.eo.l.ſi te.&.l.deberi.

e *Petiit.* teſtator.

f *Potuiſſet.* quaſi totum arbitrium in eum à teſtatore collatum ſit. Accurſius.

g *Quòd ſi ex ſeruis vnus deceſſerit.* vnde amodo non eſt in eorum arbitrio, vt ſubiicit: & arg. ſupra de contrahen.empt.l.ſi in emptione.§.ſi emptio.

h *Iuſta ex cauſa.* quod eſt eo ipſo quòd non eſt ex iniuſta: vt infra eod.l.ſi eum.§.ex iuſta.

i *Quidam.* cùm ſint plures. Accurſius.

k *Fraudandi.* aliàs fruſtrandi. Accurſius.

l *Aut ei.* ſcilicet heredi rogato. Accurſius.

m *Pronuntiare.* in omnibus ſupraſcriptis.

n *Competere.* in omnibus prædictis caſibus. ac ſi libertas directa teſtamento data eſſet: vt &.C.eo.l.ancillam.&.l.ſi ſeruus.in fin.

o *Abſit.* vt pręſentibus & iuſta cauſa abſentibus ius patronatus ſeruetur: detrectantibus modis omnibus denegetur: vt.ſ.eod.l.j.&.j.eo.l.ſi eum.§.eorum.& not.de cauſa in ſententia exprimenda. [a] ſic.ſ.de ſuſpe.tu.l.hæ.&.C.de iudi.l.properandum.§.pen.

a] Limitabis hoc dictum gl. &. l. hæ. in glo. alle. vt procedat in ſententia abſolutoria, non autem in condemnatoria arg. l. filiusfa. §. d.ui. & ibi Dy. vbi notaui in apoſt. ad eū de leg. 1. Sed tu dic & melius, quòd hodie nō requiratur cauſa. p c. ſicut. extra de re iu. no. in l. Iulianus & ibi omnino Alex. ſ. de cōdic. inde. quòd intelligo quo ad validitatem ſententiæ. ſed quo ad releuandum vel grauādum grauatum ſit: vt no. Guil. de Cung. in. l. properandū §. illo procul dubio. nu. 1. & ibi notaui in apoſt. in ver. debet exprimere cauſam. C. de iudi. & Panor. in. c. examinata. nu. 8. vbi etiam not. in addi. in ver. nō puto votū. extra de iudicus.

F *Ideicommiſſaria.*] CASVS. Heres rogatus de manumittendo ſeruum, non poteſt differre manumiſſionem ob hoc quòd dicat ſeruum expilaſſe res hereditarias, vel male geſſiſſe rationes domini. [FIDEICOMMISSARIAM.] Titius heres inſtitutus A & rogatus manumittere ſeruum hereditarium, grauatus etiam fuit reſtituere hereditatem Seio. deceſſit Titius antequam reſtitueret. Dicitur quòd heres Titij debet hanc hereditatem Seio reſtituere, & etiam libertatem præſtare ſeruo debet, ſi ab eo petat ſeruus. [SERVVM.] Pater habens plures filios, vnum ex his habebat militem. ei donauit Stichum, & quædam alia bona. poſtea credens iſte pater dominium ſerui & aliarum rerum quas donauerat filio, adhuc remanſiſſe penes ſe, ab inteſtato decedens rogauit filios omnes vt iſtum Stichum ſeruum manumitterēt. Dicitur quòd filius miles ſi ſuccedat patri, compellitur manumittere, nec aliquid fratres ob hoc dabunt militi: alias autem res donatas militi à patre non compellitur miles conferre ſiue communicare cum fratribus. [ETIAM.] Grauaui filium meum, vt cum habebit. xx. anno. manumittat ſeruum Stichū. filius antequam haberet hanc ætatem, deceſſit. Dicitur quòd heres filij præſtabit tunc temporis libertatem, quo ſi filius viueret, hanc ætatem compleret: licet ſecus ſit in fideicommiſſa. [SERVVM.] Teſtator rogauit filium ſuum heredem, vt poſt. v. anno. manumittat ſeruū Stichum, ſi ille ſeruus pręſtiterit omni die vſque ad finem quinquennij certam mercedē. poſtea ſeruus fugit ab iſto filio herede, & per biennium nihil præſtitit. Dicitur quòd deficit conditio: nec iſte debebit ob hoc amodo manumitti, niſi filius heres accipiat per biennium miniſterium eius ſerui loco mercedis: nam tunc videtur paritum conditioni, & ſic libertatem dari: vel niſi ſteterit per heredem quo minus accipiat iſtam mercedē. Franciſcus.

p *Compilatæ.* aliàs expilatæ: aliàs compillatæ. & concordat infra ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus.l.j.§.ſi ſeruus.& arg.C.de cri.expi. D hered.l.obtentu.Sed contra.C.de lega.non eſt. Solu.hic ab alio, ibi à ſeruo fuit expilata. Vel verius hic ſpeciale in libertate: vt.d.§.ſi ſeruus.

q *Geſtæ.* aliàs, iuſtæ: & tunc ſequenti: aliàs, geſtæ: & tunc præcedenti literæ iungitur. Et not.quòd poſt libertatem rationem debet reddere: vt.j.eo.l.ſi pure.

r *Præſtare.* ſcilicet libertatem. Accurſius.

ſ *Perſonam.* quod poteſt: vt.ſ.eo.l.apud Iulianum.

t *Heredibus.* ab inteſtato. Accurſius.

u *Cogendum.* eum ſolum, nec per hoc videtur adire: vt ſupra de acquiren.hered.l.Iulianus.§.fin. Accurſius.

x *Proprium.* id eſt credidit apud ſe pater remanſiſſe dominium etiam poſt donationem in filium factam, licet erraret.& ſi volebat alios filios grauare in redimendo.

y *In filium.* militem.

z *A fratre.* domino milite.

a *Eundemque.* militem: conſeruata in totū voluntate teſtatoris.

b *Damnum.* ſcilicet de voluntate.

c *Voluntatis.* id eſt ſalua voluntate.

Errorem.

a *Errorem.* quo putauit pater ſuum, & alias res donatas filio in ſuo dominio remanſiſſe.M.& facit.C.famil.ercif.l.ſi filius.Acc.
b *Legitimos.* non tantum inter teſtamentarios.
c *Non placuit.* vt &c.§.de manu.teſta.l.ſi ita.Sed contra C.quādo dies leg.ce.l.ex his.Sol.vt ibi.& fa.§.quā.dies leg.ce.l.ſi Titio.
d *Eo tempore* . ſcilicet totius quinquennij.
e *Voluit.* ſ.teſtator.
f *Proximo* . poſt mortem teſtatoris.
g *Vagatus.* ſeruus.
h *Elegiſſet* . contempta mercede: & accipe excepto quòd &c. q. d. videtur paritum conditioni, ſiue accipiat heres miniſterium pro mercede, ſiue per heredem ſtet vt neutrum fiat.
i *Eam rem* . id eſt vagationem biennij.

errorem [a] cætera quæ pater in militiam profecturo filio donauit, fratri qui manſit in poteſtate, conferenda : cum peculium caſtrenſe filius etiam inter legitimos [b] heredes precipuum retineat. Etiam fideicommiſſa libertas à filio poſt certam ætatem eius data, ſi ad eam puer non peruenit, ab herede filij præſtituta die reddatur: quam ſententiam iure ſingulari receptam, ad cætera fideicommiſſa relicta porrigi non placuit. [c] B Seruum à filio poſt quinque annos, ſi eo tempore [d] mercedem diurnam filio præſtitiſſet, manumitti voluit. [e] biennio proximo [f] vagatus [g] non præſtiterat. conditione defectus videbatur: ſi tamen heres filius, aut tutores eius, miniſterium ſerui per biennium elegiſſet, [h] * eam rem [i] ex † præterito, quòd per heredem ſtetiſſet, impedimento reſiduæ conditioni non eſſe conſtitit.

* elegiſſet.
† excepto quod

XXIIII. VLPIANVS *libro quinto Fideicommiſſorum.*

Generaliter dicemus eos poſſe fideicommiſſariam libertatem adſcribere, qui fideicommiſſum [k] pecuniarium poſſunt [l] relinquere. Et principis ſeruo, vel municipij, & cuiuſuis alteri⁹, fideicommiſſa libertas adſcripta valet. [m] Hoſtium ſeruo ſi fideicommiſſaria libertas fuerit adſcripta, poteſt tractari, an non ſit inefficax . Et fortaſſis quis dixerit, indignum [n] eſſe, ciuem Romanum fieri hoſtiū ſeruum. Sed ſi in caſum relinquatur, [o] in quem noſter eſſe incipit: quid prohibet [p] dicere libertatem valere? Si homini libero fuerit libertas per fideicommiſſum adſcripta, & is in ſeruitutem redactus proponatur : petere poteſt

Generaliter.] CASVS. Illi poſſunt fideicōmiſſarias libertates relinquere, qui aliquod fideicom.pecuniarium poſſunt relinquere: vt ſunt illi qui poſſunt teſtari: & cuiuſque ſeruo poteſt fideicom. libertas relinqui, ſiue principis ſeruo, ſiue ciuita. ſiue ſeruo hoſtium, & tunc debebitur cum ſeruus hoſtium ad nos peruenerit.Item libero homini poteſt relinqui libertas per fideicōmiſ. & tunc tenebit,ſi tempore mortis teſtatoris inueniatur ſeruus, vel tempore exiſtentis conditionis ſub qua relicta erat libertas.Item ſeruo alicuius qui ſit in ventre, poteſt relinqui libertas per fideicommiſ.Item ſeruo dānato in metallum poteſt fideicommiſſaria libertas relinqui, & tunc debebitur, cum à pœna erit liberatus indulgentia principis.tunc enim ſeruus fiſci efficietur, & nūquam reuertetur ſub priore domino. Item nato & concepto ex damnata in metallum, poteſt fideicommiſſaria relinqui libertas, cum etiam talis ſeruus poſſit vendi à fiſco.[SI PETITVM.] Teſtator dixit in teſtamento,nolo quòd Stichus ſeruus meus ſeruiat. Dicitur quòd per hæc verba videtur heres rogatus de manumittendo.ſed ſi teſtator dicat,nolo quòd heres meus Stichum ſeruum meum vendat : videtur relinquere libertatem per fideicommiſ.ſi contingat eum vendi:niſi appareat quòd alia de cauſa hæc verba dixerat,vt animo cruciandi ſeruū: & ſic in eius odium poſſit habere : vel quia dixit hæc verba animo conſulendi heredi ne eum vendat, cum bonus ſit ſeruus.& hoc debebit probare heres.nam præſumitur quòd animo relinquendi libertatem hæc verba dixerat teſtator.[SI QVIS TVTOREM.] In teſtamento meo Stichum reliqui tutorem filiis meis, credens eum liberum, cum eſſet ſeruus.non propter hoc putet ſibi libertatem deberi.[SI QVIS.] Ego Franciſcus obligaui ſeruum Stichum Bozolo . tandem Bozolus illi ſeruo reliquit libertatem directò in teſtamento.de rigore iuris non valet, ſed tamen de æquitate valet : vt videatur heres Bozoli rogatus per fideicommiſ.manumittere,& ſic eū emet à me,& manumittet:& hoc præualet,cum non eſt ignotum multa indicc cōtra rigorem iuris fauore libertatis.[EX TESTAMENTO.] Teſtamento rupto per natiuitatem poſthumæ, omnes libertates tam directæ quàm fideicommiſſariæ in eo relictæ caſſantur:niſi teſtator dixerit eas dandas etiam à legitimis.& iſte eſt caſus.hodie autem ſecus ſeruatur: vt Co.de lib.præteri.authen.ex cauſa.[SI QVIS ALIENVM.] Ego Franciſcus legaui Titio.x. eundem rogaui vt manumittat ſeruum ſuum Stichum:vel forte nō ſuum, ſed alienum Tandem Titius accepit hæc.x.nunc videt Titius quòd valet ſeruus Stichus vltra.x.non vult manumittere Stichum.quæritur an cogatur?& diſtinguitur.nam aut hic Stichus erat ſeruus Titij: & tūc cogitur eum manumittere:licet minus ſit legatum quàm valeat Stichus.ſi autem ſit ſeruus alienus, non cogitur Titius eum emere ꝑ maiori quantitate quàm habuerit nomine legati : & ſic nec manumittere . Sed pone quòd Titium heredē mihi inſtitui, & eum rogaui de ſeruo Sticho manumittendo . Dicitur quòd ſi A aliquid licet modicum ſupereſt penes eum de hereditate, deducto ære alieno:cogitur eum manumittere. ſi autem nihil ſupereſt, non cogitur. Poſtea dicit:legaui Titio.x. eundem rogaui de Sticho ſeruo alieno manumittendo,qui i vltra.x. valet. tandem hoc legatum creuit, puta mora heredis, & ſic Titius habuit forte vſuras legati, & ſic vltra decem . dicitur ꝙ hoc totum eſt de legato: & ſi hoc totum ſimul legatum collectū ſufficiat ad emendum Stichum, cogitur eum emere & manumittere. Idem eſt & ſi ſerui Stichi pretium decreſcat, ita quòd bene poteſt emi pro tanto quantum eſt legatum. nam Titius cogitur eum emere & manumittere. Sed pone quòd fundum legaui Titio: eundem rogaui de ſeruo Sticho manumittēdo, & bene tunc valebat legatum tantū, quantum ſeruus Stichus. tandem decreuit legatum, fundus puta chaſmate, ita quòd valet min⁹ quàm Stichus. an nunc cogetur manumittere Stichum ? & dicitur quòd non, ſi legetum quod habet vult reddere. ſed ſi hoc quod remanſit, valet tantum quantum Stichus:tūc bene cogitur manumittere. Sed pone quòd erat rogatus plures ſeruos manumittere,& fundus legatus minutus, vt dixi prius, adhuc valet tantum quantum aliqui ex ſeruis, non quantum omnes:& accepit legatum:hoc caſu cogitur manumittere C quoſdam ex his qui ſufficiant ad pretium legati, & primo illos qui primo ſunt nominati.Si hoc non apparet:tunc ſorte vel meritis decernetur, qui primo manumittantur. Vltimo dicit: ea quæ dixi quando Titius erat rogatus de ſeruis ſuis manumittendis, habent locum & ſi de alienis ſeruis manumittendis erat rogatus: cùm legatum ſibi relictum non ſufficiat ad ommes emēdos. nam emet quos poterit ex tanto quantum eſt legatum, & manumittet. [SI CVI LEGATVM.] Titius legauit mihi centum, & rogauit me vt manumitterem ſeruum meum Stichum, & ei facto libero iſta centum darem.dicitur quòd tali ſeruo non compellor dare libertatem: & adducit ſimile quod leue eſt.[SI ROGATVS QVIS SIT.]Legatus eſt mihi fundus, & rogatus ſum vt iſtum fundum poſt mortem meam reſtituam Titio,& centum dem Sempronio . dicitur quòd ita demū teneor ad iſta centum, ſi interim tantum lucri habeam ex hoc fundo.ſic ergo pendet hic fideicommiſſum, prout ſupra dicitur de libertate. [QVOTIENS.] Seruo relicta eſt libertas per fideicommiſſum. amodo ſi heres eum vendat, vel vſucapiatur hic ſeruus ab aliquo: non extinguitur hoc fideicommiſſum,quin hic D ſeruus poſſit petere manumitti.poterit autem petere manumitti ab eo à quo maluerit,ſcilicet ab herede,vel ab emptore, & ſimiliter ſi erat relicta libertas ſub conditione, & interim heres eum vendat. nam exiſtente conditione poterit petere manumitti: vel vult ab emptore, vel ab herede . & ſi ante conditionem emptor eum manumiſerit: & tunc exiſtente conditione petat ſe eſſe libertum heredis, non manumittentis, cum durior ſit patronus auditur.idem ſi ex alia cauſa hoc idem petat. & hoc ſi fuerit talis voluntas teſtatoris . ſi autem teſtator non curauit à quo manumittatur, ſed hoc tantum quòd manumittatur:tunc hoc non poterit allegare ſiue petere hic ſeruus libertus factus . Franciſcus Accur.

k *Fideicommiſſum* . ſcilicet ſibi deberi ab herede rogato manumittere.
l *Poſſunt.* & illi ſunt qui teſtandi habent ius:vt.§.de leg.j.l.ij.
m *Valet.* vt &.§.eo.l.libertatis.Accur.
n *Indignum.* accipe,ſeruum hoſtium fieri &c. q. d. quòd ſeruus hoſtium conſequatur libertatem.Accur.
o *Relinquatur.* fideicommiſſaria libertas.
p *Quid prohibet.* nihil.ſic &.§.de lega.j.l.ab omnibus.§.etiam.ſed

libertatem, ſi modò mortis tempore [a] vel conditionis exiſtentis [b] inueniatur ſeruus. Seruo eius [c] qui nondum in rebus humanis eſt, libertas rectè per fideicommiſſum relinquitur. Si ſeruus in metallum fuerit damnatus, libertatem ſperare non poterit. [d] Quid ergo ſi fideicommiſſaria libertas & † relicta ſit, & pœna metalli indulgentia principis ſit liberatus? Et eſt reſcriptum ab imperatore noſtro, hunc in dominium prioris domini non reſtitui: [e] cuius tamen ſit, non adiicitur. [f] Certè cum fiſci [g] efficiatur, ſperare poteſt [h] fideicommiſſariam libertatem.

B Ex damnata in metallum concepto [i] & nato, fideicommiſſaria libertas dari poterit. quid mirum, cùm etiam venundari eum poſſe quaſi ſeruum [k] diuus Pius reſcripſit? Si petitum à teſtatore fuerit, ne poſtea Stichus ſeruiret, placuit fideicommiſſariam libertatem datam videri. nam qui hoc petit, ne poſtea ſeruiat: videtur petere vt libertas ei præſtetur. [l] Sed & ſi ita ſcripſit, *Ne eum alienes*, [m] *ne eum vendas*: idem erit dicendum, [n] ſi modò hoc animo fuerit adſcriptum, quòd voluerit eum teſtator ad libertatem perduci. Cæterum ſi alia mente id ſcripſit, vtputa quia conſilium dabat [o] heredi retinere talem ſeruum, vel quia coërcere voluit ſeruum, & cruciare, ne meliorem dominum experiatur: vel aliqua* mente, non tribuendæ libertatis animo: dicendum eſt ceſſare libertatis præſtationem. & ita Celſus libro vicenſimotertio Digeſtorum ſcribit. Non tantùm enim verba fideicommiſſi, ſed & mens teſtatoris tribuere ſolet libertatem fideicommiſſariam. Sed cum ex præſumptione libertas præſtita eſſe videtur, [p] heredis eſt contrariam voluntatem teſtatoris probare.

Datus tutor, quem teſtator putauit eſſe liberum, non propter hoc efficitur liber.

Si quis tutorem ideo ſcripſerit, quia liberum putauit: certiſſimum eſt neque libertatem peti poſſe, neque tutelam libertatis præſtationi patrocinari. [q] & ita & Marcellus libro quintodecimo Digeſtorum, & Imperator noſter cum patre reſcripſit. Si quis [r] ſeruo pignerato directam libertatem dederit: licet videtur iure ſubtili

A inutiliter reliquiſſe, attamen quaſi & fideicommiſſaria libertate relicta ſeruus petere poteſt vt ex fideicommiſſo liber fiat. Fauor enim libertatis ſuadet, vt interpretemur & ad libertatis præſtationem procedere teſtamenti verba, quaſi ex fideicommiſſo fuerat ſeruus liber eſſe iuſſus. Nec enim ignotum eſt quòd multa contra iuris rigorem [s] pro libertate ſint conſtituta.

Ex teſtamento quod adgnatione poſthumæ ruptum eſſe conſtitit, [t] neque directas libertates competere, neque fideicommiſſarias deberi, ſi quas non à legitimis quoque heredibus paterfamilias reliquerit, ſatis conſtat. [u]

Legatarius agnoſcens legatum ſibi relictum vt ſeruum proprium manumittat: licet minus ſit in legato quàm ſeruus valeat, cogitur tamen eum manumittere. ſecus eſt ſi fuit rogatus ſeruum alienum manumittere: quia non cogitur, ſi pluris eſt ſeruus emendus quàm legatum valeat.

Si quis alienum vel ſuum ſeruũ rogatus ſit manumittere, [x] & minus ſit in eo quod accepit, iudicio teſtatoris plus ſit in pretio ſerui: an cogatur vel alienum redimere, vel ſuum manumittere, vidẽdum C eſt. Et Marcellus ſcripſit, cum ceperit legatum, cogendum omnimodo ſuum manumittere. Et ſanè hoc iure vtimur, [y] vt multum interſit, ſuum quiſque rogatus ſit manumittere, an alienum. Si ſuum: cogetur manumittere, etiam ſi modicum [z] accepit. quòd ſi alienum, non aliàs erit cogendus, quàm ſi tanti poſſit redimere, quantum ex iudicio teſtatoris conſecutus ſit.

Heres inſtitutus & rogatus ſeruum ſuum manumittere, tenetur manumittere: licet apud eũ de illa libertate remaneat, deducto ære D alieno. ſecus ſi nihil apud eum remanſit. h.d. & continua text. per te: quia planus & prolixus.

Proinde cõſequenter Marcellus ait, eũ quoque qui heres inſtitutus eſt: ſi quidẽ aliquid [a] ad eũ deducto ære alieno peruenit, cogendũ eſſe ſuũ [b] manumittere. ſi verò nihil peruenit, nõ eſſe cogendũ. Planè ſi fortè minus relictũ eſt [c] alicui, verũ creuit legatum ex aliqua cauſa: [d] æquiſſimũ erit, tãti eũ cogi redimere, quãtum ad eum peruenit: nec cauſari debere quòd minus illi relictũ ſit, cùm creuerit eius legatum per teſtamẽti occaſionẽ. Nam & ſi ex mora [e] fructus

in ſtipu. non venit: vt ĩ. de verb. obl. l. liber homo in ſtipu.

a *Mortis tempore*. eius qui libertatem reliquit.

b *Exiſtentis*. ſub qua hereditas eſt relicta. Azo. vel verius libertas. Et eſt argu. contra ĩ. de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. §. ſacrã. ibi, & caſum &c. Item contra inſtitut. de leg. §. an ſeruo. ſed in multis fallit Catonis regula: vt &. ſ̃. de regu. Cato. l. j.

c *Seruo eius*. facit Cod. eo. l. cum inter.

d *Non poterit*. interim: vt & C. qui non poſ. ad liber. perue. l. j.

e *Non reſtitui*: vt &. ĩ. de pœ. aut facta. §. fina. amiſit ergo dominium: vt ibi dicitur.

f *Non adiicitur*. in reſcripto.

g *Fiſci*. vt & C. de ſent. paſſis. l. fruſtra. in fin.

h *Poteſt*.. ſ. ſibi deberi ab herede rogato manumittere.

i *Concepto*. ſcilicet ſeruo fiſci. ſecus ſi ante fuiſſet conceptus: vt C. de pœn. l. ſi ante. Accurſius.

k *Seruum*. ſ. ſibi deberi ab herede rogato manumittere.

l *Ei præſtetur*. quid ẽm &c. vt. ſ̃. e. l. rogo.

m *Alienes*. quæ prohibitio valet: vt Co. de reb. alie. non alie. l. ſi.

n *Dicendum*. ſ. quòd alienãdo eum poſtea efficiatur liber.

o *Conſilium dabat*. ad hoc. C. qui non poſſ. ad liber. l. ij.

p *Videtur*. cum dubitabatur quid teſtator ſenſerit. & facit ad. §. ſ̃. eo. l. cum fidei. &. l. quidã. &. l. rogo. Itẽ ad fi. hic facit. ſ̃. de proba. l. iij. & l. quinquagĩta. &. l. quidam. & C. de dona. inter vi. & vxo. l. etiam. & ſupra de iu. do. l. nuptura. Accur.

q *Patrocinari*. vt ſupra de teſtamenta. tute. l. ſi quis tutorem Sed contra in eod. titu. l. ſi hereditas. §. fin. & C. eo. l. & ſi non adſcripta. Solu. hic credebat ſuum: non daturus ſi alienum noſſet: ibi alienum ſciebat. & facit inſtit. qui teſta. da. tuto. poſſ. §. j.

r *Si quis*. puta creditor: vt infra eod. l. ſi debitor. & tunc dic vt not. Co. de manu. teſtamen. l. ſeruo. Alij, id eſt debitor. quod eſt falſum: vt ſupra de manumiſ. l. ſeruus. &. ĩ. qui & à quib. l. iiij. §. j. &. l. pignori. &. l. ſequen. §. pignori. & Co. de ſeru. pigno. da. ma. l. ab eo. &. l. fin. ſed defendunt quaſi in vltima volũtate, ſed non inter viuos: vt dictis. ll. ſed non poſſunt: vt. ſ̃. de lega. j. l. ſeruum filij. §. fundi. & Cod. de neceſſ. ſer. here. inſtit. l. j. niſi diceres ſoluta pecunia: vt. ĩ. qui & à qui. l. pignori. in fi.

s *Rigorem*. vt & inſtitut. de donat. §. fina. & argu. ſupra ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. in fine.

t *Conſtitit*. vt Cod. de poſthu. heredib. inſtitu. l. j.

u *Satis conſtat*. vt & C. eo. l. j. & de fideicõmiſſ. l. eam. &. l. ex teſtamento. ſi tamen præſtentur. ratæ ſunt: vt. ĩ. eo. l. in teſtamẽto. quãdoque etiam interpretamur legitimos rogatos, licet nõ ſint: vt. ĩ. eod. l. ſi pater. §. fina. ſed hodie hic. §. corrigitur: [a] vt C. de lib. præte. & exhered. authent. ex cauſa.

x *Manumittere*. ſ. ſeruũ ſuum.

y *Vtimur*. vt in prædictis. ll. continetur. Item fallit hoc in minore: vt ſupra de manu. vindi. l. ſi rogatus. in prin. & de mino. l. ſi minor. xxv. ann. l. ſeruum.

z *Modicum*. vt & C. ad l. Falci. l. ſi ea. &. ff. eod. l. ſi debitor. in princi. & §. j. & ſupra eod. l. decem. Sed contra inſtitu. de ſingu. re. per fideicommiſſ. reli. §. hoc ſolum. vbi non in plus tenetur, quàm ad eum peruenerit. Sol. hic ſpeciale fauore libertatis. Item not. acceperit. aliàs ſecus: vt ſupra eod. l. eum cui.

a *Aliquid*.. etiam modicum.

b *Suum*. ſcilicet ſeruum.

c *Relictum eſt*. quoniã ſcit pretium ſerui.

d *Ex aliqua cauſa*. fructibus forte vel iure accreſcẽdi. & ſic eſt contra. C. de inoffic. teſta. l. ſcimus. §. j. & ſupra de don. inter vi. & vxo. de fructibus. nam fructus non augent rem donatam, vt cum ea reuocentur.

e *Nam & ſi ex mora*. ab herede facta.

Legatum.

† ei.

* alia.

a] Vides hic qualiter gl. dicit quod iſte. §. eſt hodie correct', ideo nõ eſt valde in eo inſiſtendũ. & eſt. §. iſte ſing. ſecũdũ doc. hic, & Alex. in l. patroni. §. actiones. l. vj. co. 2. ſ̃. ad Treb.

vſuræve fideicommiſſo acceſſiſſent: dicendum eſt libertatem A præſtandam. proinde & ſi ſerui pretium decreuit, dicendum eſt redimere cogendum. Quòd ſi legatum [a] ſit imminutum, [b] videndum eſt an cogatur [c] ſeruum manumittere, qui ſperauit legatum vberius [d] conſecuturum. Et putem, ſi legatum refundere ſit paratus, non eſſe cogendum, idcirco, quia alia contemplatione adgnouit legatum, quod ex inopinato deminutum eſt. Parato igitur ei à legato recedere. concedendum erit: niſi fortè reſiduum legatum ad pretium ſufficit.

Quid ergo ſi plures ſeruos [e] ro- B gatus ſit manumittere, & ad quorundam pretium ſufficiat id quod relictum [f] eſt, ad omnium non ſufficiat? an cogendus ſit quoſdam manumittere? Et putem debere eum cogi, vel [g] eos quorum pretium patiatur, manumittere. Quis ergo ſtatuet qui [h] potius manumittantur? * vtrúmne ipſe legatarius eligat quos manumittat, an heres? † Et fortaſſis quis rectè dixerit ordinem ſcripturæ [i] ſequendum. Quòd ſi ordo non pareat: [k] aut ſortiri [l] eos oportebit, ne aliquam ambitionis vel gratiæ ſuſpicionem * prætor ſubeat, [m] aut meritis cuiuſ- C que allegatis [n] arbitrari [o] eos [p] oportet. Simili modo dicendū eſt & ſi redimere iuſſus ſit, libertatémque præſtare, nec pecunia quæ legata eſt, ſufficiat ad redemptionem omnium quibus libertas data eſt. nam & hic idē [q] erit, quod ſupra probauimus.

Nemo cogitur ſeruum propriū manumittere rogatus, repudiato legato quod propter id ei fuit relictum. hoc dicit. cætera vide per te.

Si cui legatum ſit relictum, íſque rogatus ſit ſeruum proprium manumittere, † eíque [r] quod legatum eſt præſtare: an fideicommiſſaria libertas præſtanda ſit? Quoſdam mouet, [ſ] quia ſi fuerit coactus ad libertatem pręſtandam, ex neceſſitate ad fideicommiſſi quoque præſtationem erit cogendus: [t] etſi * qui putant non eſſe cogendum. [u] Nam & ſi [x] mihi legatū fuiſſet relictum, & id rogatus eſſem Titio reſtituere confeſtim, [y] & præterea fideicommiſſam libertatem ſeruo meo præſtare: ſine dubio diceremus non eſſe me cogendum ad libertatis præſtationē: quia nihil pretij nomine videor accepiſſe. [z]

A Planè ſi fortè poſt tempus fuerit rogatus reſtituere ſibi legatum relictum: dici poteſt propter medij temporis fructum [a] cogendum eum manumittere. Si rogatus quis alij fundum, [b] cum morietur, alij centum præſtare: ſi tantum ex fructibus fundi perceperit, quantum eſt in fideicommiſſo, cogendum eum præſtare. Sic fit, vt ſit in pendenti [c] fideicommiſſum pecuniarium, & fideicommiſſæ libertatis [d] præſtatio. Quotiens autem fideicommiſſa libertas relinquitur efficaciter: in ea cauſa eſt, vt neque alienatione, neque vſucapio- B ne extingui poſſit. Ad quemcumque enim peruenerit is ſeruus cui fideicommiſſa libertas relicta eſt, cogi eum manumittere. & ita eſt ſæpiſſimæ conſtitutum. Cogetur igitur is ad quem ſeruus peruenerit, fideicommiſſam libertatem præſtare, ſi hoc maluit is qui rogatus [e] eſt. * Latius enim acceptum eſt, vt etſi ſub conditione fuit ei libertas relicta, & pendente conditione alienatus [f] ſit: attamen cum ſua cauſa alienetur. Quòd ſi nolit ab eo manumitti, ſed potius ab eo velit ad libertatem perduci, qui erat rogatus eum manumit- C tere: audiri eum oportere [g] diuus Hadrianus & Diuus Pius reſcripſerunt. Quinimò † & ſi iam manumiſſus eſt, [h] velit tamen potius eius libertus fieri, qui erat rogatus eum manumittere: audiendum eum diuus Pius reſcripſit. Sed & ſi ex perſona manumiſſoris, vel ex quacunque cauſa manumiſſus oſtendere poteſt ius ſuum lædi manumiſſione, vel etiam læſum: ſuccurri ei ex his conſtitutionibus [i] oportet: ne contra voluntatem defuncti durior eius conditio [k] conſtituatur. Planè ſi ea ſit defuncti voluntas, vt vel à quocunque * D manumitti voluerit: dicendum eſt conſtitutiones ſupraſcriptas ceſſare. [l]

Seruus cui relicta eſt libertas, quem heres defuncti vendidit, cum peruenerit ad libertatem, erit libertus emptoris, non heredis, ne emptor damno afficiatur duplici. Si autem heres deceſſit relicto herede, vel delictum fecit propter quod bona eius fuerunt publicata: tunc eſt in electione ſerui, cuius velit eſſe libertus, ſecundum conſtitutionem diui Pij. hoc dicit vſque ad §. apparet.

a *Legatum.* quamuis ab initio plus fuerit in ſerui pretio quàm in fideicommiſſo.
b *Imminutum.* ſcilicet in tantum vt non poſſit emi ſeruus. Accur.
c *Cogatur.* qui legatum agnouit. & caue tibi: quia de proprio ſeruo legatarij dicit commodum vſque illuc, ſimili modo, &c.
d *Vberius.* aliàs verius. ſed Piſ. vberius.
e *Seruos.* ſuos proprios.
f *Relictum.* quod ex poſt facto apparet imminutum: vt. ſ.
g *Vel.* pro ſaltem.
h *Qui.* ſcilicet de ſeruis.
i *Scriptura.* Not. ſic eſt in authen. de hered. & Falcid. §. inordinatum. & ſ. de vulga. ſubſtitu. l. fin. §. prius. & de lega. ij. l. cum pater. §. pen. & de here. inſtit. l. qui ſoluendo. & de vſufruc. l. quotiens. Sed arg. contra. j. de ſol. l. nec enim. & inſtitu. de leg. §. ante heredis. Accurſius.
k *Non pareat.* quia forte compendioſe dixit, omnes illos ſeruos manumitti volo. Azo.
l *Sortiri.* id eſt per ſortis iudicium eligere, ſcilicet proprios ſeruos. ſic & ſupra de iudi. l. ſi cum. & inſtitut. de leg. §. optionis. &. C. communia de lega. l. fina. in princip.
m *Subeat.* in eligendo.
n *Allegatis.* ideo quia melius meruerant vt manumittantur.
o *Arbitrari.* id eſt eligere. Accurſius.
p *Eos.* ſcilicet ſeruos.
h *Tradituiri.*i.quod reddet heredi ad manumittendum: vt.s̃.eo.tit.j.l. Iulia.ij.reſponſo. & facit.j̃.l.proxi.&.s̃.tit.j.ſi peculium.§. finali. Accurſius.

i *Compluribus.*vt.v. ad minus.vt.C.de codic.l. fin.§.in omni.

k *Legitima.* ex Tertul. vt inſtit. ad Tertul. in prin.& facit ad.§.s̃.e.l. in teſtamento.

l *Senatuſcon*. Tertulliano.

m *Videri.*vt fuit in noſtro caſu.

† Tradituri. Vide Anto. Au.lib.2.c.2.

C*Vm in teſtamento.*] CASVS. Titio ſeruum legaui, & eum rogaui vt ſeruum iſtum manumittat: non dabit Titio ſeruus, niſi caueat heredi de eo manumittendo. Fran.

n *Manumittat.* Idem ſi vt quoduis aliud faciat licèt non interſit heredis: vt & ſupra de lega. iij.ſi tibi legatũ.& facit s̃.titu. j. Iul. & ſupra. l. proxi.§.penul.

S*I is.*] CASVS. Tibi erat legatus Stichus, & rogatus eras vt eum manumitteres. tu latitas, nec vis manumittere. erit Orcinus libertus. idem eſt ſi heres teſtatoris rogatus ſit Stichum manumittere. nã ſi latitet, erit libertus Orcinus iſte Stichus. Sed quid ſi cum plures eſſent heredes, quidam ex eis ſunt rogati manumittere Stichum ſeruum hereditarium, & latitant? Reſpon. ille ſeruus efficitur libertus Orcinus. Alij tamen heredes qui non eranr rogati, agent contra rogatos ad pretium partium quas habebant in illo ſeruo.

o *Orcinum.*ex Rubriano: vt.s̃.eo.cùm vero.§.ſubuentum.

p *Aequè.* i.ſicut in ſuperiori caſu efficitur Orcinus, ſi non manumittatur: ita hîc.

q *Latitauerint.*qui ſoli ſunt rogati.

r *Coheredibus.*qui non ſunt.

ſ *Vtilem actionem* Ad pretium ſuæ partis: vt ſupra eo. cum quaſi. §.ſi plures.

t *Actionem.*fortè in factum.

S*I ſeruus legatus.*] CASVS. Seruum tibi legaui. poſtea grauaui heredem meum vt eum manumittat. dicitur quòd legatum extinguitur. ſic vltimum dictum ſeruatur. Sed pone quòd primo heredem meum rogaui de manumittendo Sticho, poſtea eum Stichum legaui. Dicitur quòd primum grauamen libertatis dandæ extinguitur per hoc legatum, quaſi videar pœnituiſſe de libertate. Si autẽ eſt in obſcuro, ſiue in dubio, qua mente legauerim: non extinguitur libertas.

u *Manumiſſus.* i.manumitti iuſſus.

x *Conſultus.* i. interrogatus.

y *Adimi.*ſ.poſſe.

z *Verior eſſe videtur.* vt ſupra tit.j. ſi peculium. §.fin. & infra de re. iur. l.quoties.& ad hoc ſupra titu.j.Stichus Sempronio.& ſupra de vul. ſubſti.l.fina.§.j.ibi, nos dominis &c.& de libe. & poſthu.ſi ita.§. regula.& de lega.ij. ſi idem. in princip. infra titu. j. l. Stichum. in princip. &.C. de nec.ſer. l. quidam.§.fin.

N*On tantum.*] CASVS. Rogaui heredem meum quòd ſeruum manumittat, ſiue ipſe heres, ſiue heres eius eum manumittat: bene eſt. idẽ ſi emptor qui emit ab herede, eũ uoluerit manumittere, & fiſcus ei ſucceſſit antequam manumittat. Dicitur quòd fiſcus cogitur eum manumittere. Vltimò dicit, quòd rogatus manumittere, poterit manumittere, etiam ſi eius ſit ætatis qua rem ſuam alienare non poſſet, vt quia minor eſt. [SI ALIENVM.] Decem tibi lego, & rogo te vt ſeruũ Stichum emas & manumittas. domino Stichi nolente vendere: tamen retinebis legatum. [CVI PER FIDEICOMMISSVM.] Seruus cui eſt relicta libertas per fideicommiſſum, eſt loco liberi, & obtinet vicem ſtatuliberi: imò melioris eſt condi. cùm non poſſit in alium transferri: neccogitur alium patronum habere quàm rogatum. [SENATVSCONSVLTO.] Heres grauatus de manumittendo ſeruum abeſt: & ex iuſta cauſa: & hoc eſt pronuntiatum. Dicitur quod amodo erit liber perinde ac ſi eſſet manumiſſus ab herede. Secundo dicit quando dicitur abeſſe: & certe tunc cũ à tribunali abeſt. & quod dixi in herede, idem in alio grauato per fideicommiſſum de manumittendo. qui ſi abeſt ex iuſta cauſa, & hoc pronũtiatum fuerit: ſeruus erit liber, perinde ac ſi eſſet à rogato manumiſſus: & ſic eius libertus erit. & de hoc, an ſcilicet abſit ex iuſta cauſa, vel non: debent præſides prouinciæ in prouinciis cognoſcere: licèt rogatus non ſit eius prouinciæ. & hoc vltimum Articuleianum ſenatuſconſultum induxit. Si autem quis eſt rogatus ſeruum proprium manumittere: & hîc abſit: & iudex cognouit eum abeſſe: & libertatem huic ſeruo deberi: pro-

nuntiet eum eſſe liberum: & erit amodo liber. & hoc eſt inductum à ſenatuſconſulto Iunciano. Vltimò dicit: Si heres rogatus de manumittendo ſeruum hereditarium, abſens ſit: iudex iudicabit ſeruum eſſe liberum, & erit liber. Abſens autem dicitur, ſiue abes ex iuſta cauſa: ſiue latitet: ſiue præſens eſt, & non vult manumittere. Sed pone quòd hic heres vendat hunc ſeruum, quem erat rogat⁹ manumittere. hoc caſu emptor cogit̃ manumittere. Sed pone ꝙ duo erant heredes, & vnus eorum rogat⁹ eſt de manumittendo ſeruum hereditarium. Dicitur quòd rogatus manumittet etiam altero coherede abſente. intellige tamen quòd pretium ſerui dabit. & hæc etiam vera ſunt, ſi coheres ſit impubes. Sed pone quòd heres rogatus eſt manumittere ancillam, & vt cum ea contrahat matrimonium. Dicitur quòd cogitur eam manumittere: non autem eam ducere in vxorem cogitur. Franc.

a *Emptione.* à quo eorum, eligit ſeruus: vt ſupra eod. l. generaliter. §. fi. M.

b *Tranſit.* ſeruus cum hereditate.

c *Ab eo.* ſ. fiſco.

d *Prohibetur.* vt ſupra eod. alieno. §. ij. & l. neque infantes. §. fina. & ſic voluntas defuncti facit ceſſare neceſſitatem decreti: vt. C. quãdo decre. opus non eſt. l. j. ij. & iij. & facit ſupra de manu. vindi. l. ſi rogatus. in princip. Sed argu. contra. C. de re. ali. non alienandis. l. fina.

Defuncti voluntas neceſſitatem decreti ceſſare facit.

† de heredibus.

e *Retinet.* vt ſupra de le. j. l. ſi fundum ſub cõ. §. Iulia. & facit. C. eod. l. deberi.

* debeat, & ex.

f *Obtinet.* ſicut enim ſtatuliber cõditionem expectat: ita iſte manumiſſionem. M.

g *Magis.* ſ. eſt plus liber quàm ſtatuliber.

† Artificuliano.

h *Experiatur.* facit. s̃. e. l. generaliter. §. fin. & l. is qui ex cauſa. & C. qui. ad liber. procla. nõ licet. l. j. Accurſius.

LI. IDEM *libro nono Inſtitutionum.*

NOn tantum ipſe qui rogatus eſt manumittere, ad libertatem perducere poteſt: ſed & ſucceſſores eius, ſiue emptione,[a] ſiue quo alio modo ſucceſſerint. Sed & ſi nemo ſucceſſor extiterit: ad fiſcum ita tranſit,[b] vt libertas ab eo[c] præſtetur. Is autem qui rogatus eſt manumittere: etiam eo[c] tempore quo alienare prohibetur,[d] poteſt manumittere. B Si alienum ſeruum quis rogatus fuerit manumittere, cùm ei pecunia certa legata eſſet vt emat eum, & manumittat, & dominus nolit eum vendere: legatum retinet[e] ex voluntate defuncti. Cui per fideicommiſſum libertas debetur, liberi quodammodo loco eſt, & ſtatuliberi locum obtinet,[f] vel eò magis,[g] quòd nec in alium transferendus eſt, vt aut libertas eius impediatur, aut iura patronorum grauiora experiatur.[h]

Senatuſconſulto Daſumiano cautum eſt,[i] vt ſi ex iuſta cauſa abſit qui fideicommiſſam libertatem debet, & hoc pronuntiatum fuerit: perinde libertas competat, atque ſi vt oportet, ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet. C Abeſſe autem is intellegitur, qui à tribunali abeſt.

Et quia † heredibus tantùm cautum erat, adiectum eſt eodem ſenatuſconſulto, vt quicunque fideicommiſſam libertatem, * ex quacunque cauſa pronuntiatum fuerit eum eóſve abeſſe: perinde habeatur, atque ſi vt oportet ex cauſa fideicommiſſi manumiſſus eſſet. Sed Articuleiano † ſenatuſconſulto cauetur, vt in prouinciis præſides prouinciarum cognoſcant,[k] D licèt heres non ſit eius prouinciæ.[l] Sed ſi non hereditarium ſeruum quis rogatus fuerit manumittere, ſed proprium: ex ſenatuſconſulto Iunciano[m*] poſt pronuntiationem[n] peruenit ad libertatem. Siue iuſta ex cauſa abeſt, ſiue latitet, ſiue præſens non vult manumittere: pro abſente eum habere diuus Pius reſcripſit.[o] Emptor quoque[p] vt manumittat, eodem ſenatuſconſulto expreſſum eſt: & præſens coheres[q] perinde manumittat, atque ſi traditum à coherede accepiſſet.[r] quod & in impuberis perſona coheredis, qui non erat rogatus manumittere,[ſ] eundem principem reſcripſiſſe relatum eſt. Sed ſi matrimonij cauſa quis manumittere[t] rogatus eſt, non eſt cogendus eam vxorem ducere: ſed ſufficit fideicommiſſa libertas.

i *Cautum eſt.* vt &. s̃. eo. neque infantes.

k *Cognoſcant.* de ſupradictis.

l *Eius prouinciæ.* cuius teſtator fortè fuerat. vel dic ſpeciale: vt &. l. neque infantes. §. fi. aliàs contra: vt. s̃. de iuriſdi. om. iud. l. fin. &. C. de interdi. l. ij.

m *Iunciano.* idem dicitur Aemilianũ: vt. s̃. eo. ſi eũ. §. ſi quis ſeruũ.

* Vinciano.

n *Pronuntiationem.* i. poſt decretum interpoſitum eo abſente.

o *Reſcripſit.* facit. s̃. eo. l. neque infantes. & l. ſi eum. in prin.

p *Quoque.* facit. s̃. ea. l. in prin. Accurſius.

q *Coheres.* qui eſt rogatus.

r *Accepiſſet.* Sed reddet ei pretium: vt. s̃. e. l. ſi is. §. fina.

ſ *Manumittere.* Sed heres rogatus erat: vt. s̃. eo. l. cùm quaſi. §. ſi plures. Accurſius.

t *Manumittere.* ſ. ancillã vt cõtrahat matrimoniũ cũ rogato. Acc.

A *Poſtea.*] CASVS. Teſtator quoſdam ſuos ſeruos obligauerat alicui, putat Bozolo Florentino. hic teſtator rogauit heredem ſuum de his ſeruis manumittẽdis. antequam heres eos luat & manumittat, Bozolus eos vendidit iure creditoris. quæritur, an hic heres cogatur eos redimere ab emptore, & manumittere. Dicitur quòd non, niſi fuerit in mora luendi eos. Franciſ.

u *A creditore.* vt ab emptore cogatur redimere & manumittere, & ex iuſta cauſa ſi heres facit moram luẽdo à creditore: vt ſupra eod. l. Thais. §. j.

SI quis rogatus.] CASVS. Heres rogatus eſt manumittere ancillam hereditariam. hic heres adita heredi. fecit moram in manumittendo, & ſic ancilla peperit. Dicit̃ quod hic partus eſt liber ingenuus. cùm enim libertas ſit res publica, is heres qui eam debet, debuit eam offerre, aliàs lex dat libertatem. Sed pone quòd hic heres non adiuit heredi. in odium huius ancillæ ad hoc vt eius partum haberet ſeruum. tunc hic partus natus eſt ſeruus. tradetur tamẽ matri ad manumittẽdum. ſed ſi mater vel eius heres non vult manumittere: coguntur ad hoc. Sed pone quòd hęc mater nolit ſibi hunc filium tradi. tunc heres teſtatoris ad hoc compellit̃. Sed pone quod heres non ſtudioſè diſtulit adire. adhuc idẽ. Sed pone quòd ancilla peperit antequã heres cognoſcat ſe heredem. adhuc idem. tamẽ hoc caſu ipſe heres manumittet hunc partũ. Sed pone quòd directo relicta erat libertas huic ancillæ: & antequã adiret heredi. ancilla peperit. hoc caſu mater manumiſſa petet hunc partũ. Sed pone quòd directò libertas fuit relicta ſeruis. ſed antequã hereditas adeatur, hi ſerui ab aliquo ſunt vſucapti. Dicitur quòd hereditate poſtea adita per prætorem ſubuenitur his ſeruis vt efficiantur liberi: licet eis poſſit imputari quare paſſi ſunt ſe vſucapi. & hoc ſi erant hi ſerui magni. ſi autem paruuli. hoc non eſſet eis imputandum. hoc dicit cum duabus. ll. ſeq. Fran. Accurſius.

†In hãc ſententiam multa Cic in Philippica decima.

LII. VLPIANVS *libro primo Reſponſorum.*

POſteaquam à creditore[u] alienati ſunt ſerui quibus fideicommiſſa libertas adſcripta eſt: C non niſi ex iuſta cauſa aduerſus heredem ſubueniri eis poſſe.

LIII. MARCIANVS *libro quarto Regularum.*

SI quis rogatus ancillam manumittere, moram fecerit:[x] ſi interea enixa fuerit, conſtitutum eſt huiuſmodi partum liberum naſci, & quidem ingenuum. Sed ſunt conſtitutiones,[y] quibus cauetur, ſtatim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuum naſci: & hoc magis eſt ſine dubio ſequendum: D quatenus[z] libertas non priuata,[a] †ſed publica res eſt: vt vltro is qui eam debet, offerre

x *Fecerit.* poſt aditam hereditatem, aliàs ſecus: vt infra. §. j. & quod hic dicit moram, intellige per interpellationem. Item nota moram: aliàs ſeruus naſcitur, ſed matri traditur ad manumittendum: vt ſupra eo. l. ſi prægnans. & l. cum verò. apparet. in princip.

y *Conſtitutiones.* imperatorum, non ſolùm alia iura.

z *Quatenus.* id eſt quia.

a *Non priuata.* i. non indiget quòd à priuato detur talis libertas cùm per legem detur.

b *Offerre.* Ex hoc videtur in aliquo corrigi quod dixi. s̃. eo. cùm

verò

verò.§.apparet. & ſic eſt. C. de contrahen. & commit.ſtipula. l. magnam & de emphyteutico iure.l.ij.§.penul.Sed argumentum A contra.ſ.quorum lega.l.ij.§.j.quod non placet : quia & infra eo. l.ſed ſi non data.habes idem.ſ.quòd debeat peti.dic ergo quòd vl tro debet offerre ſi velit eum habere libertum.

a *Debeat*. timens ne eo differente lex præſtet.

b *Tardius adierit*. ſic. ſ. de vſufru.lega.l.ſi vſusfructus lega.in princip.

c *Matris*. nõ tamẽ imponet operas, cum ex neceſſitate manumittat:vt &. C.de ope.lib. l.ij.& adiũge duas ſeq. ll.cum iſta.

d *SI mater accepiſſet*. vt manumitteret quod fit quandoque: vt ſupra.l. proxi.in fin.

e *Eius*. ſcilicet matris.

f *SEd & ſi non. Idem dicẽdum*.quod in.l. ſi quis rogatus. in fine continetur,vel quod etiam in vtraque ſuperiori.Accurſius.

g *Eſſe*.libertati.

h *Debebit*. quia nihil eſt quod poſſit ei imputari, iuſta ignorantia eum excuſante. Ir. & adde diſtin. vt. C. e. l.iij.

i *Nam ibi*.ſ.in ſuperioribus caſibus.

k *In rem matri*.No.ſpeciale, vt mater vindicet filium : argu. contra.j. de fur. mater. In patre conſtat quòd poteſt: vt ſ.de rei vin.l.j. *Dicẽdum.

l *Subueniẽdũ eſſe*.vt infra titu. ij. l. ij. in. j.reſpõ.&. l. ſtatuliberum. §.fin.

LVcius.] CASVS. Teſtator in prima parte teſtamenti inſtituit poſthumos & Seium, & libertatẽ ſeruis reliquit quando poſthumi eſſent puberes. In ſecunda verò parte ſubſtituit poſthumis hoc modo.ſ.ſi poſthumi non naſcentur, vel nati antè pubertatẽ decedant: ſubſtituo illos. Tertiò fecit codicillos,in quibus dixit velle ſeruari tã à primis q̃ à ſecundis heredibus ſiue ſubſtitut⁹ ea q̃ in teſtamento cauerat.poſtea euenit quòd poſthumi non ſunt nati : & ſic Sei⁹ & ſubſtituti habẽt bona. quæritur, an debeant dare libertatem his ſeruis ſtatim, an expectata condi. ſub qua danda erat ſi poſthumi eſſent nati? Et dicitur quòd ſtatim danda eſt libertas, nec conditio expectanda eſt:cùm non poſſit euenire in perſona horum ſubſtitutorum.ſecus ſi eſſet alia conditio.Franciſcus. †Plutarchus de liber. educ.

m *Vt cum ad pubertatem*.hæc eſt conditio de qua eſt quæſtio an à ſubſtitutis ſit repetita.

debeat. ᵃ Sed ſi nondum debita libertate fideicommiſſa ancilla peperit, ſtudio tamen heredis fuerit effectum vt nondum libertas deberetur, vtique quòd tardius adierit ᵇ hereditatem, vt qui nati ſint ex ancilla, ſerui eius fiant : placet manumittendos:ſed tradi matri oportere,vt ab ea manumittantur, & liberti potius matris ᶜ fiãt. Nam quos indignus eſt heres ſeruos habere, ne libertos quidem habebit.

LIIII. MAECIANVS *libro ſextodecimo Fideicommiſſorum*.

SI mater poſtquam filium acceptiſſet, ᵈ vel qui in eius ᵉ locum ſucceſſit, præſtare noluit libertatẽ:compellendi ſunt. Amplius ſi mater aut nollet ſibi filiũ tradi,aut in rerum natura eſſe deſiſſet: non ab re eſt dicere, nihilominus ita natis ab herede libertatem præſtari.

LV. MARCIANVS *libro quarto Regularum*.

SEd & ſi non data opera tardius adierit, ſed dum de adeunda hereditate deliberat: idem dictum ᶠ * eſt. & ſi poſtea cognouit ſe heredem inſtitutum, C quàm ancilla peperit : placet hoc quoque caſu ſubueniendum eſſe. ᵍ hoc tamen caſu ipſe manumittere debebit, ʰ non matri tradere. Sed ſi directò libertas data fuerit ancillæ, & horum aliquid euenerit : quemadmodum natis ſubuenietur?nam ibi ⁱ quidem petitur fideicommiſſa libertas, & prætor paruulis ſubuenit.cùm verò directò libertas datur, non petitur. Sed etiam hoc caſu puto nato ſubueniendum eſſe : vt aditus prætor in rem matri ᵏ decernat actionem,exemplo fideicommiſſariæ libertatis. Sic denique & Marcellus libro ſextodecimo D digeſtorum ſcripſit, & antè aditam hereditatem vſucaptis qui teſtamento manumiſſi ſunt, ſubueniendum eſſe, ˡ vt eis libertas conſeruetur, vtique per prætorem : quamuis & his imputari poſſit quare vſucapti ſunt. In paruulis autem nulla deprehenditur culpa. †

Non intellegitũr repetitũ,quod repetitum vitiaret.Bartolus.

LVI. MARCELLVS *libro ſingulari Reſponſorum*.

LVcius * Titius teſtamento ita cauit : *Si quos codicillos reliquero, valere volo. ſi quis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decem menſes natus natáve erit : ex ſemiſſe heredes ſunto. Gaius Seius ex ſemiſſe heres eſto. Stichum & Pamphilum ſeruos meos & Erotem & Diphilum peto, & fidei heredum committo, vt cùm ad pubertatem* ᵐ *liberi mei peruenerint, manumittant*. deinde no- B uiſſima parte ita cauit: *Quòd ſi mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatem deceſſerint, tunc heredes ex paribus partibus ſunto Mucius & Mæuius. Legata, quæ priore teſtamento,* ⁿ *quo filios & Seium reliqui, præſtari volo, hoc eſt & à ſequentibus heredibus*. Deinde codicillis ita cauit: *Lucius Titius heredibus primis & ſubſtitutis ſalutem. peto, vt ea quæ teſtamento caui, legaui & ea quæ codicillis cauero legauero, præſtetis*. quæro, cùm liberi Lucio Titio nati non ſint, an Sticho & Pãphilo & Eroti & Diphilo ſeruis cõfeſtim fideicommiſſa libertas præſtari debeat. ᵒ Marcel- C lus reſpondit, conditionem quæ libertati eorum de quibus quæreretur. ᵖ ſi filij heredes extitiſſent, adpoſita eſſet, ᵠ repetitam non videri : ʳ ideòque confeſtim libertatem præſtandam eſſe & à primis ˢ & à ſubſtitutis heredibus. nam vt ſupra ſcriptum ᵗ eſt, petiit, vt quæ teſtamento cauiſſet, preſtarentur. cauit autem de libertate eorum ſeruorum. atquin ſub conditione cauit:& ſi alterius generis conditio eſſet, expectanda eſſet.ſed non eſt veriſimile, ᵘ vt hoc in iſta cõditione cogitauerit, cũ fidei ſubſtitutorũ committeret *:qui admitti ad hereditatẽ nõ D poſſent, ſi adimpleretur conditio.

DE ADEMPTIONE libertatis.

TITVLVS. VI.

I. TERENTIVS CLEMENS *libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam*.

CVm libertas lege adimitur ˣ aut pro non data haberi debet aut certè perinde obſeruari ac ſi [poſtea] a teſtatore adempta eſſet.

n *Priore teſtamento*.i.prima parte teſtamenti.

o *Debeat*.ſ.à ſubſtitutis.

p *Quæreretur*.Accipe appoſita eſſet, quæ eſt ſi ad pubertatem peruenerint.

q *Eſſet*.in prima parte teſtamenti.

r *Non videri*.nec in codicillis : nec in ſecunda parte teſtamenti : vt & ſupra de le. j.l.ſeruo alieno.§.ſi ab impubere, &.l.ſi quis à filio. ij. reſpon.argu.contra.infra de verb. oblig. l. Titia. §.idem reſpondit.&. ſ. de cond.inſtitut.l. cùm ſeruus.

*Colligit Bar.ex iſta.l. quòd ita demum intelligatur aliquid eſſe repetitũ, ſi nõ vitiat cu cõ- [illegible] r.Do.in.l. ſi ex falſa. in glo. antepe. C. de tranſactio.

ſ *A primis*.ex vi codicillorum.

t *Scriptum*. in codicillis.

u *Veriſimile*. Not. non ſubintelligi intellectũ qui vitiet.ſic. C. de cõdi. inſer.l.cùm patrẽ.& d.l.ſeruo alieno. §.ſi ab impubere.Accurſius.

DE ADEMPTIONE libertatis.

Tãtus fuit olim fauor libertatis vt ſemel data teſtamento vel codicillis adimi non potuerit, ſed hodie poteſt,ſi tamen adimatur nominatim ſicuti data eſt.l. ſi ſeruus. ſ. tit.prox.l. 10. §. vlt. De man. teſt. & non à ſemetipſo.l.13.§.penult. De lib. & poſt. Cuiacius.

CVm libertas.] CASVS. Quotiens libertas in teſtamento data eſt lege inhibente, perinde eſt ac ſi non eſſet relicta, vel ac ſi à teſtatore eſſet adempta.& da exẽpla in ſeruo accuſato de adulterio cum domina cõmiſſo, qui non poteſt manumitti. Idẽ in ſeruo de plagio damnato,pro quo dominus pœnam ſoluit pecuniariam.ſunt & alia exempla vt habes in glo.Frã. Accurſius.

x *Lege adimitur*. quod fit in ſeruo de adulterio cum domina commiſſo accuſato : vt inſtitu. de heredibus inſtituen. §. ſeruum.&.ſ. de heredibus inſtituen.l. his verbis. §. interdum. & de le.ij.l.cùm filius. §. ſeruus. Item pone in ſeruo qui ſeruatur intra lx.dies ob quæſtionem adulterij: vt. j. qui & à qui. l. proſpexit. &. C. ad.l.Iuliam de adulte.l. verba.item pone vt ſupra de manu.l.lege Flauia.&. l. ſeruus. & hoc ex perſona ſerui.Ex perſona etiã domini quandoque prohibet lex:& tunc idem:vt infra qui & à qui.l.quæſitũ. & demanumiſſ.l.qui pœnæ. *Flo cõmitter.Et admitti.

DE STATVLIBERIS.

Dictum eſt generaliter de libertatibus:nunc ſpecialiter de his ſcilicet liber-

tatibus quæ in tempus ſub conditione differuntur. Accurſius.

Multum intereſt dixeris ſtatuliberum an ſtatim liberum: & in. l. pen. §. vlt. C. De nec. ſer. her. inſt. placet vetus ſcriptura. Quatenus in ſuſpenſo fiat libertas nec ſtatim liber intelligatur, & contra. l. 33. j. Qui & à quibus mã. rectius Flor. ſtatuliber, quàm ſtatim liber. ſunt enim ſtatuliberi hi qui ſtatim liberi non fiunt, ſed ex die aut conditione. Vel potius, Teſtamento aut codicillis confirmatis directo manumiſsi in diem vel conditionem. nec enim ſunt ſtatuliberi qui per fideicommiſſum manumittuntur in cõditionem vel in diem. l. eius ſerui Ad leg. Fal. l. 55. De man. teſt. l. in bello. §. ſi ſtatuliber, adhibito. §. ſi fideic. De capt. & poſtl. & manumiſsio quoque vindicta ſub conditione vel ex die nõ fit, vt tutela quæ teſtamẽto recte datur ſub conditione vel in diem, ſed non à magiſtratu. Vel ſtatuliberi, qui ſunt in ſpe libertatis. Superiores tituli ſunt de libertate, hic de ſtatulibertate. Cuiacius.

DE STATVLIBERIS. TITVLVS. VII.

Hæc lex ſeipſam ſummat.

I. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

STatuliber eſt, qui ſtatutã & deſtinatã in tẽpus vel conditionẽ libertatẽ habet. Fiunt autem ſtatuliberi vel conditione expreſſa, vel vi ipſa. Conditione expreſſa quid ſit, manifeſtum[a] eſt: vi ipſa, cũ creditoris fraudandi cauſa manumittuntur. Nã dũ incertũ eſt an creditor iure B ſuo vtatur, interim ſtatuliberi ſunt quoniam fraus cum effectu[b] in lege Aelia Sentia accipitur.

Statuliber quocũque trãſeat, cũ ſua cauſa trãſit: & ſtatuliberi cauſam non prius nanciſcitur ſeruus, quã adita ſit hereditas. ſi verò antè aditionem tradatur, ſiue vſucapiatur: ſpes libertatis perit. Itẽ ſeruus ſubſtitutus ſubſtitutione pupillari, licèt pupillus adeat hereditatem, nihilominus ſeruus efficitur ſtatuliber.

II. VLPIANVS *libro quarto ad Sabinum.*

QVi[c] ſtatuliberi cauſam adprehenderit,[d] in ea conditione eſt, vt ſiue tradetur, ſalua ſpe libertatis alienetur: ſiue vſucapiatur, cum ſua cauſa vſucapiatur, ſiue manumittatur, nõ perdat ſpẽ Orcini liberti. Sed ſtatuliberi cauſam non prius ſeruus nanciſcitur, niſi adita vel ab vno ex inſtitutis hereditate. Cæterùm antè aditionẽ, ſiue tradatur, ſiue vſucapiatur, ſiue manumittatur: ſpes ſtatæ† libertatis intercidit.[e] Sed ſi impuberis tabulis libertas ſeruo ſit adſcripta:[f] an viuo pupillo, poſt aditionem videlicet hereditatis patris, ſtatuliber ſit? Caſſius negat Iulianus contra exiſtimat. quæ ſententia verior habetur.[g] Plus ſcripſit Iulianus, & ſi legatus ſit ſeru⁹ ab herede patris, liber eſſe iuſſus in pupillaribus tabulis, præualere libertatis dationem.

† ſtatutæ.

Sub conditione ſeruus inſtitutus, non eſt ſtatuliber conditione pendente. & reddit rationẽ. Si cõditio deficiat, erit ſtatuliber tantũ B nõ etiã heres. Itẽ ſeruus ſubſtitutus pupillo cũ libertate, ſiue primo gradu, ſiue ſecundo, aut vlteriori, efficitur ſtatuliber. hoc dicit vſque ad. l. ſeq. quã vide per te.

Si* primis[h] tabulis ſub conditionè[i] ſeruus cũ libertate ex parte dimidia heres ſit inſtitutus: an ſtatuliberi cauſam obtineat, vt adeunte coherede, cũ ſua cauſa vſucapiatur? Cùm à ſemetipſo[k] acceperit libertatẽ, nõ poteſt ſtatuliberi cauſam obtinere. Planè ſi conditio hereditatis deficiat, quo caſu ſecundum Iulianum[l] vel libertatem apiſcitur,† dicendum eſt ſtatuliberi cauſam obtinere: eo C quòd non à ſemetipſo, ſed à coherede accepiſſe libertatem creditur. Quocunque gradu pupillo ſeruus cum libertate ſubſtitutus ſit: neceſſarij cauſam obtinet. quæ ſententia vtilitatis cauſa recepta eſt: & à nobis probatur. Celſus quoque putat libro quintodecimo* cum libertate ſubſtitutum ſtatuliberi cauſam obtinere.

* Si in primis.

† adipiſcitur.

* l. vigeſimo.

III. IDEM *libro vicenſimoſeptimo ad Sabinum.*

STatuliber.] CASVS. Statuliber dicit̃ ſeruus cui relicta eſt libertas ex die vel ſub conditione. Secundò dicit quòd conditio quãdoque eſt expreſſa, vt hîc: ſi nauis ex Aſia venerit, talis ſeruus ſit liber. quandoque fit conditio vi ipſa, quæ facit ſeruum ſtatuliberum: vt ſi in fraudẽ creditorum relicta ſit libertas, & naſcitur an ex hoc fraudentur ipſi creditores: an non. nã interim ſeruus talis dicitur liber. Franciſcus.

a *Manifeſtum eſt.* puta ſit relicta libertas ſi nauis ex Aſia venerit: vel ſub qualibet alia ſimili. Accurſius.

b *Cum effectu.* nõ ſolũ conſilium: vt &. j. de fideicom. lib. l. iij. §. ſi in fraudem. & facit. s̃. ne quis eũ qui in ius voca. l. penultima. §. ij. Accurſius.

QVi ſtatuliberi.] CASVS. Qua tuor partes habet huius. l. principium. Prima eſt quòd ſtatuliber interim ſiue vẽdatur ab herede, ſiue vſucapiatur ab aliquo, ſiue interim manumittatur: non perdit ſpem libertatis Orcinæ, quin veniẽte condit. ſub qua erat relicta libertas, ſit Orcinus libertus, ſcilicet teſtatoris. Secũda eſt: ſtatuliberi cauſam nõ prius ſeruus nanciſcitur, niſi adita hereditate, ſaltem ab vno heredum. antè enim quàm adeatur, ſi vſucapiatur hic ſeru⁹ ab aliquo, ſpes libertatis extinguitur. Tertia eſt: ſeruus ſubſtitutus eſt filio impuberi, ſi cõtingat eũ mori in pupillari ætate. & in hoc caſu eſt relicta libertas ſeruo ſub conditione aliqua. nũc impubes adiuit heredi. an nunc ille ſeruus dicatur ſtatuliber, quæritur. & dicitur quòd ſic: licèt quidam cõtra: & malè Quarta eſt: legatus eſt ſeruus dandus ab impubere herede. huic impuberi datus eſt ſubſtitutus, & hoc caſu relicta eſt libertas huic ſeruo. dicitur quòd præualet libertatis datio, vt ſic dicatur ſtatuliber, & legatum non teneat. [SI IN PRIMIS.] Stichum ſeruum meum cum libertate heredem ex parte inſtitui ſub condit. puta ſi nauis ex Aſia venerit. dicitur quòd interim non eſt ſtatuliber: cum à ſeipſo accipiat libertatem, & adeunte coherede non eſt liber: & poſſeſſus ab aliquo vſucapiatur non ſpe libertatis. Secundò dicit: pone quòd deficiat conditio. hoc caſu eſt liber tantum, non heres, ſed ſtatuliber. Tertiò dicit: ſubſtitui ſeruum meũ cum libertate pupillo meo heredi inſtituto. ſiue primò gra- A du ſubſtituto, puta ſi pupillus heres nõ erit: ſit ſeruus liber & heres. ſiue ſecundo, puta ſi pupillus heres non erit: talis ſit heres. & ſi ille non ſit, tunc ſeruus heres erit. & eodem modo in inferiori gradu ſubſtitutionis. & in omnibus his caſibus dicitur heres neceſſarius: & interim eſt ſtatuliber. Fran.

c *Qui.* ſ. ſeruus. Accur.

d *Apprehenderit.* id eſt qui eſt ſtatuliber.

e *Intercidit.* ſed adita hereditate redintegratur: vt. j. eo. ſtatuliberum. §. fin. &. s̃. tit. ij. l. pe. in fi.

f *Adſcripta eſt.* ita vt dictum eſt. Accurſius.

g *Habetur.* quòd ſit ſtatuliber. & ad hoc. j. ea. l. §. fi. &. l. in tabulis. &. s̃. de heredis inſti. l. ſed & ſi in conditione. §. fi.

h *Si in primis.* reſpondet ſcilicet Iulianus.

i *Sub conditione.* ſi nauis ex Aſia venerit.

k *A ſemetipſo.* facit. s̃. de adquiren. heredi. ex parte. & dicta. l. ſed & ſi in conditione. §. fin. & ſupra de nego. geſt. at qui natura. in prin. & §. cum me.

l *Secũdum Iulianum.* vt s̃. proxi. §. in fine.

STatuliberos.] CASVS. Statuliberi debent parere condit. ſub qua relicta eſt eis libertas, ſi nemo eos impediat parere, & conditio ſit poſſibilis. Secundo dicit: Seruus iuſſus eſſe liber. ſi det. x. heredi: ſi dat ſtatim eſt liber. ſi autẽ dare vult, & heres nõ vult accipere: ſtatim eſt liber, ex quo per eum nõ remanet: nec eſt vis de qua pecunia offerat an peculiari, an aliũde habita. Sed pone quòd ipſe heres debeat pecuniã ſeruo: vt quia ſeru⁹ de peculio erogauerat in bona defũcti, vel ſeruus debeat recipere pecuniam ab extraneo: nec heres vult ſoluere huic ſeruo, vel nõ vult exigere ꝙ ſeruo debetur ab extraneo: & ſic non habet ſeruus vnde pareat conditioni ſub qua relicta eſt ei libertas. certè liber erit, ſiue iuſſus erat dare pecuniã heredi: ſiue extraneo. Sed pone ꝙ relicta erat libertas D ſeruo ſi aſcendat Capitolium, vel ſi Capuam iret ſeruus: & per heredem ſtat quò minus ſeruus vadat. nam liber erit ſeruus. Sed pone quòd ſeruo eſt relicta libertas, ſi det decem vni heredum, puta Titio: & per alterum heredem ſtat quò minus det. certè liber eſt hic ſeruus: & coheres cui hæc. x. erant danda, aget familiæ erciſcundæ contra heredẽ impedientem ad iſta. x. [SI DECEM IVSSVS.] Seruus eſſe liber iuſſus ſi det. x. heredi. accepit quinque ab extraneo, & ea dedit heredi. dicitur quòd non eſt liber, niſi omnia decem det: & extraneus qui ad hoc dederat nummos, eos vindicabit. ſed ſi ſeruus det alia. v. erit liber: & extunc dominium nũmorum erit accipientis. [SI PLVS QVAM.] Iuſſus dare. x. & eſſe liber, dedit. xx. dicitur quòd erit liber: & alia. x. repetentur. [SI QVIS.] Seruus erat iuſſus eſſe liber, ſi det. x. heredi. heres eum vẽdidit ſine peculio: an ſtatim ſit liber, quæritur. & videtur quod ſic, quaſi prohibitus videatur de peculio dare. ſed tamen dicit quòd non eſt liber, niſi cum vellet accipere de peculio & ſoluere, prohibitus eſt. [SI QVIS SERVVM.] Seruo relicta eſt libertas, ſi det. x. heredi. heres prohibet eum operari, vel aufert ei quod ex operis ſuis quæſierat: vel ſponte dedit ei ſeruus. an efficiatur liber

STatuliberos conditioni parere oportet, ſi nemo eos impediat, & ſi ſit conditio poſſibilis. [a] Sed ſi in heredis perſona iuſſus ſit parere conditioni: quid dici debeat? Si quidem paruit conditioni, ſtatim liber eſt, etiam inuito herede. Quòd ſi non patitur heres pareri, puta offert decem [b] quæ dare iuſſus erat, [c] proculdubio liber eſt: quia per heredem ſtare videtur quò minus conditionem impleat. & parui refert, de peculio ei offerat, an B ab alio accepta. Receptum [d] eſt enim, vt ſeruus peculiares quoque nummos dãdo perueniat ad libertatem, ſiue ipſi heredi, ſiue alij dare iuſſus eſt. Indè quæritur, ſi fortè debeatur pecunia huic ſeruo vel ab herede quòd in domini rationem plus erogauerit, [e] vel ab extraneo: nec velit heres debitorem conuenire, vel ſtatulibero ſoluere pecuniam: an debeat ad libertatem peruenire, quaſi moram per heredem patiatur. Et aut [f] legatum huic ſtatulibero fuit peculium: aut non. ſi legatum peculium fuit, Seruius ſcribit moram cum li- C bertatis paſſum ob hoc ipſum, quòd ei aliquid ex ratione dominica deberetur, nec ei ab herede præſtaretur. quam ſentẽtiam & Labeo probat. Idem Seruius probat & ſi in eo moram faciat heres, quòd nolit exigere à debitoribus. [g] nam peruenturum ad libertatem ait. mihi quoque videtur verum quod Seruius ait. Cùm igitur veram putemus ſententiam Seruij: videamus an & ſi non fuerit prælegatum peculium ſeruo, idem debeat dici. conſtat enim [h] ſtatuliberum de peculio poſſe dare, vel ipſi heredi iuſſum, [i] vel alij: & ſi eum D dare impediat, perueniet ſtatuliber ad libertatem. Denique etiam remedij loco hoc monſtratur domino ſtatuliberi, vt eum extraneo iuſſum dare prohibeat: ne & nũmos perdat [k] cum ſtatulibero. proinde defendi poteſt, etſi non vult exigere, vel ipſe ſoluere, vt hic habeat vnde conditioni pareat, libertatem competere. & ita Caſsius quoque ſcribit. Non ſolúm autem ſi dare iuſſum, dare prohibeat, ſtatuliber ad libertatem perueniet: verum etiam ſi aſcendere Capitolium iuſſum, aſcendere vetet: item ſi Capuæ dare iuſſum, Capuam ire prohibeat. nam qui prohibet ſeruum proficiſci: intellegendus eſt impedire magis velle libertatem, quàm operis ſerui vti. [l] Sed & ſi iuſſum coheredi dare, non patiatur vnus ex heredibus dare: æquè liber erit. ſed is cui iuſſus erat dare, & liber eſſe: familiæ erciſcundæ iudicio ab eo qui impedierit, conſequetur quod ſua intererat prohibitum ſtatuliberum non eſſe. Si decem iuſſus dare, & liber eſſe, quinque det: non peruenit ad libertatem, niſi totum det. [m] interim igitur vindicare quinque nummos dominus [n] eorum poteſt: ſed ſi reſiduum [o] fuerit ſolutum, tunc etiam id alienatum, cuius antè C dominium non erat tranſlatum: [p] ita pendebit præcedentis ſummæ alienatio: ſic tamen, vt non retro [q] nummi fiant accipientis: ſed tunc cum reſidua ſumma fuerit exſoluta. ſi pluſquàm iuſſus erat, dederit ſtatuliber: [r] puta decem iuſſus dare viginti dederit, ſiue numerauerit, ſiue in ſacculo dederit: peruenit ad libertatem, & ſuperfluum poteſt repetere. [ſ] Si quis ſeruum iuſſum decem dare, & liberum eſſe, vendiderit ſine peculio: [t] vtrum ſtatim [u] liber ſit quaſi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipſo quod ſit D ne peculio diſtractus ſit: an vero cùm fuerit prohibitus peculium tangere? Et puto tunc demum liberum fore, cum volens dare prohibeatur: non ſtatim vbi veniit. [x] Si quis ſeruum iuſſum decem dare, & liberum eſſe, operari prohibeat: vel ſi quod

liber hic ſeruus quęritur: & dicitur quod ſi id quod quæſierat ſeruus, heredi dedit ſpontè, vel abſtulit ei heres, erit liber. ſi autem prohibeatur operari, non erit per hoc liber: niſi teſtator voluerit quod hæc.x. poſſit ſeruus colligere ex operis ſuis. ſi autem ſurripuit heredi argentum, vel aliam rem, & eam vendidit, & de hac pecunia ſoluit heredi: erit liber. ſecus ſi ipſampecuniã ſurripuit heredi vel alij, & ſoluit heredi. nã donec extat pecunia, non erit liber. ſi autẽ eſt. cõſumpta in primo caſu. ſ. qñ heredi ſurripuit, idem. ſi autẽ alij, tũc liber efficietur. [NON SOLVM.] Siue heres fecit morã in manumittẽdo ſeruũ de quo erat rogatus: ſiue eius tutor, vel curator, vel ſimilis: eſt idẽ ſemper. ſ. vt ſeruus efficiatur liber. ſufficit enim quòd per ſtatuliberum nõ ſtet quò minus conditioni pareatur. [SI QVIS.] Seruus iuſſus eſt liber eſſe, ſi det.x. heredi intra .xxx. dies proximos poſt mortẽ teſtatoris. hic heres diſtulit adire: poſtea adiuit. dicitur quòd ſeruus ſi det.x. intra. xxx. dies poſt aditã hereditatem. ſatis eſt vt ſit liber: & hoc, ſi heres doloſè diſtulit adire: & ſeru⁹ pecuniã quã propter hoc habebat paratã, interim amiſit: hoc caſu ſtatim adita heredit. ſeruus fit liber. [SI QVIS SIC.] Libertas relicta eſt ſeruo cum.x. dare poterit heredi. dicitur ꝙ tunc erit liber, cùm dederit: vel per eũ non ſtet quo min⁹ prius det: licèt ſeruus habuerit decẽ, vel ſit idoneus ad decẽ ſoluenda. [STICHVS.] Sticho relicta eſt libertas, ſi annua bima trima die.x. aureos det heredi. cũ vellet ꝓ primo anno dare. x. heres noluit recipere. non per hoc erit liber, ſed tunc demũ cum lapſum erit trienniũ, & ſeruus ſoluerit pro omni anno.x. vel per eum nõ ſteterit. vnde & ſi eadẽ.x. ſecũdo anno obtulit, ſatis ſit: vel tertiò, & heres noluit, ſeruus fit liber, nec heres poterit pœnitere. Sed pone ꝙ hic ſeruus tota.xxx. obtulit primo anno pro omnibus tribus? ſatis fit vt hic ſeruus ſit liber. [SI ITA.] Relicta eſt libertas ſeruo, ſi quinquennio ſeruierit heredi. heres interim eum manumittit. Dicitur quod ſtatim fit liber ex teſtamento: quaſi per heredem ſteterit quo minus conditio impleatur. ſecus autem ſi heres eius ſeruitio non vult vti. nam hoc caſu ſeruus non fit liber niſi lapſu quinquennij. & eſt ratio diuerſitatis inter hos duos caſus: quia in primo caſu, ex quo eſt manumiſſus, non poteſt amodo ſeruire iure ſeruitutis. ſecundo caſu poteſt. cum adhuc ſit ſeruus, & heres poteſt manumittere, & vti eius ſeruitio, licèt non per totum A quinquennium, cum aliquid de eo ſit lapſum. [IDEM IVLIANVS.] Arethuſæ relicta fuit libertas, ſi tres ſeruos pepererit. per heredẽ ſtetit quo minus pareret, dãdo ei medicamenta ne concipiat, vel vt abortiuũ faciat. dicitur quod ſtatim eſt libera. idem eſt ſi ſeruo relicta eſt libertas, ſi ſeruierit heredi: & heres eum vendat & tradat. nam ſtatim ſeruus fit liber. Fran. Accurſius.

a *Poßibilis*. aliàs dic vt j̃. eod. cùm heres. §. ij. Accurſius.

b *Decem*. quæ. ſ. nõ patitur heres offerri.

c *Erat*. ſcilicet ad hoc vt fieret liber.

d *Receptum eſt*. vt &. s̃. de condic. cau. da. l. iij. §. fin. deducto quod domino debetur: vt. j̃. eo. ſi decem. Accurſius.

e *Plus erogauerit*. quàm inde accepiſſet.

f *Et aut*. nunc reſpondet.

g *Debitoribus*. ſcilicet iſtius ſerui.

h *Conſtat enim*. vt ſupra in prin.

i *Iuſſum*. ſcilicet dare.

k *Perdat*. interim ſub. perdet tamen: quia cõuenitur actione in factum, ab eo qui habere debuit: vt. s̃. de condic. cau. da. l. iij. §. fin. Item contra. s̃. eo. ſi peculiũ. §. de illo. ſed ſolue vt s̃. de condic. ob cau. l. iij. §. fi. vbi plenè dixi. & facit. s̃. de fideicom. lib. l. ſi filius. §. erit. & infra de fur. l. ſi ſeruus communis. §. fi.

l *Serui vti*. aliàs ſerui vti. & hec bona: & dic operis in eũdo Capuã. & ſic facit. j̃. ſi quis ſeruum. aliàs, ſeruituti. & hæc mala.

m *Totũ det*. ſic. C. de diſtra. pig. l. quãdiu. Arg. contra infra de ſolu. ſi quis ſtipulatus. §. qui decem.

n *Dominus*. extraneus, qui ad hoc dederat ſeruo, vel domino ſerui.

o *Reſiduum*. id eſt alia quinque. Accurſius.

p *Tranſlatum*. ſic. s̃. de cõdic. indeb. ſi nõ ſortem. §. ſi decem. &. j̃. de verb. obli. l. ij. in prin.

q *Non retro*. ſic. s̃. de offi. procon. l. obſeruare. §. fi. Argu. contra. C. ad Maced. l. fi. Item facit ad. §. ſupra de vſufruct. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. interdum.

r *Statuliber*. extraneo, non heredi, vt habeant locum ſequentia.

ſ *Repetere*. dominus quondam. ſic ſupra de condic. indeb. ſi pœnæ. §. fin. & l. cùm duo.

t *Sine peculio*. quod ſemger intelligitur, niſi contra dicatur: vt. s̃. de contrahen. empt. quotiens.

u *Statim*. facit. j̃. e. non videbitur. &. s̃. ea. l. in prin.

x *Veniit*. id eſt venditus eſt ſine peculio.

a *Ad libertatem*. niſi ipſemet operas ab herede conduxerat, quarum mercedem ſoluendo non fit liber: vt. j. e. ſeruus in prin.

b *Operari domino*. & vxor viro: [a] vt. ſ. de oper. lib. l. ſicut.

c *De peculio*. ex peculio enim intellegitur quod ex operis ſuis quæſiuit.

d *Subtracto*. heredi. Accurſius.

e *Corraſos*. id eſt collectos ex venditionibus prædictarum rerum. ſic ponitur ſupra de admi. tut. ita autem in princ. & pro hoc. infra de fur. qui vas. §. vlti. Alij dicunt id eſt nõ argenteos. quod nihil eſt.

f *Dediſſe*. ſic infra eodem. l. Stichum. §. ſi heres.

g *Nummos*. vnde habere non videtur: vt infra de regulis iuris. l. non videtur data. Et argu. ſupra de pĩg. act. eleganter. §. qui reprobos. & facit infra eod. ſi hereditatis. &. l. non omne. &. l. non videbitur.

h *Non ſtare*. vt infra eodẽ ſi hereditas. in prin. & facit ſupra de manumiſ. teſta. qui filium. & in poteſtatiua hunc. §. intellige, non caſuali.

i *Adierit*. hereditatẽ: & ſic non potuit dare. aliàs contra: vt infra. e. l. ſi intra.

k *Traxit*. id eſt protraxit. ſic ſupra tit. ij. ſi quis rogatus. §. j.

l *Habuit*. quod dando potuit ad libertatẽ peruenire. & ad hoc infra eodem ſi hereditas. in prin.

m *Conditio*. & ſic adita hereditate erit liber.

n *Vera eſt*. oportet ꝙ factum ſequatur potẽtiam.

o *Trimam*. aliàs primam, & tunc dic primam poſt primam. ſic in authen. de here. & Falc. §. inordinatum. aliàs trinam.

p *Adiectum eſt*. ſic. j. de verbo. obliga. l. in illa ſtipulatione.

q *Quæ obtulit*. ex hoc, quia eadem decem offert: patet ſecundum Azo. quòd non eſt neceſſaria cõſignatio vel depoſitio, ſed ſufficit ſola oblatio, niſi quando eſſet abſens qui recipere deberet: vt hic, & infra eod. l. cùm heres. in princip. &. §. ſi duobus. quod non eſt aliàs: vt. C. de vſur. l. acceptam.

r *Non eſſet*. ſic ſupra de ædil. edic. l. quis ſit fugitiuus. in princip. Argumen. contra. C. de appel. l. ſi quis libellos. Accurſius.

A s *Offerat heredi*. & ſic. xxx. pro tribus annis, in quolibet quorum tenebatur ſoluere decem, & poſtea eſſe liber.

† Sic Flor. recte. Anto. Augu. lib. 3. c. 9.

a] Sentit iſta gl. quòd vxor tenetur viro ad operas: ſed tu dic quòd tenetur ad operas obſequiales: non autẽ ad induſtriales. ita no. Bal. in authẽ. ex teſtamẽto. co. 7. C. de colla. per. l. ſicut. per glo. hic allega.

* Sic Flor. recte. Ant. Augu. vbi ſupra.

† Illuſtris doct. Fran. Aret. in. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos in pen. col. de le. 1. iſtũ tex. dicit ſingul. ad hoc, quòd iuſſus dare aliquid heredi intra certum tempus à die mortis non tenetur dare nec currit tẽpus niſi à die aditæ hereditatis. dic tamen quòd vis noſtri tex. non conſiſtit in hoc, quia nõ haberet dubium: ſed in alio, vt hîc in nouis interpreta. Bolog.

ex operis ſuis meret, † abſtulerit ei heres: vel ſi quod ex mercedibus ſuis coegit, heredi dederit, an ad libertatem [a] perueniat? Et puto, ſi quidem ex operis dederit, vel vndecumque dederit, ad libertatem peruenturum. quod ſi prohibeatur operari, non fore liberum: quia operari domino [b] debet. Planè ſi ei ablata * fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio [c] dare prohibeatur. Sanè ſi teſtator vel ex operis vt det iuſſit, prohibitum operari, ad libertatem B peruenturum non dubito. Sed & ſi argento ſubtracto, [d] vel rebus aliis diſtractis nummos corraſos [e] dederit, perueniet ad libertatem: quamuis ſi nummos ſubtractos dediſſet, ad libertatem non perueniret. Nec enim videtur dediſſe, [f] ſed magis reddidiſſe. Sed nec ſi aliis ſubripuerit nummos, [g] & heredi dederit, ad libertatem perueniet: quia auelli nummi ei qui accepit, poſſunt. Planè ſi ſic conſumpti fuerint, vt nullo caſu auelli poſſint, competet libertas.

C Non ſolùm autem ſi heres moram facit libertati, ſed & ſi tutor vel curator vel procurator, vel alius quiuis in cuius perſona conditioni parendum eſt: libertatem competere dicemus. Et ſanè hoc iure vtimur in ſtatulibero, vt ſufficiat per eum non ſtare [h] quò minus conditioni pareat. Si quis heredi † in diebus triginta proximis mortis teſtatoris dare iuſſus fuerit, deinde heres tardius adierit: [i] Trebatius & Labeo, ſi ſine dolo malo tardius adierit, dantem eum intra dies triginta aditæ hereditatis ad libertatem peruenire. quæ ſententia vera eſt. D Sed quid ſi data opera traxit? [k] an ob id ſtatim vt adita eſt hereditas, ad libertatem perueniat? Quid enim ſi tunc habuit, [l] poſt aditam habere deſiit? Sed & hic expleta videtur conditio, [m] quoniam per eum non ſteterit quò minus impleatur.

Si quis ſic acceperit libertatem, *Cum decem dare poterit, liber eſto*: Trebatius ait, licèt habuerit decem, vel idoneus fuerit ad adquirendum & conſeruandum peculium: tamen non aliàs ad libertatem peruenturum, niſi dederit, aut per eum non ſteterit quo minus det. quæ ſententia vera eſt. [n] Stichus annua bima trima die denos aureos heredi ſi dederit, liber eſſe iuſſus eſt. Si prima penſione ſtetit per heredem quo minus acciperet decem, expectandam eſſe trimam [o] penſionem placet: quia tempus adiectum eſt, [p] & adhuc ſuperſunt duæ penſiones. Sed ſi eadem decem ſola habeat quæ obtulit [q] ad primam penſionem: an etiam ad ſequentem B quoque proſit, ſi offerat: an & ad tertiam, ſi ſequens penſio non ſit accepta? Et puto ſufficere hæc eadem: & pœnitentiæ heredi locum non eſſe. [r] quod & Pomponius probat.

Quid ſi ſeruus qui annua bima trima die iuſſus eſt dena dare, tota ſimul offerat heredi [s] non expectata die? vel decem primo anno datis, ſecundo anno viginti obtulit? benignius eſt eum in libertatem peruenire: [t] cum vtriuſque prouidentia infertur, & ſerui quatenus maturius in libertatem perueniat: & heredis, quatenus dilatione intere C mpta illico accipiat quod poſt tempus conſequi poterit.

Si ita ſit libertas ſeruo data, *ſi quinquennium heredi* * *ſeruierit*: deinde eum heres manumiſerit, [x] ſtatim liber [u] fit: quaſi per eum ſit effectum quo minus [y] ei ſeruiat: quamuis ſi non pateretur eum ſibi ſeruire, non ſtatim perueniret, [z] quàm ſi quinquennium præteriſſet. ratio huius rei euidens eſt. manumiſſus enim amplius ſeruire non poteſt. [a] at is quem quis non patitur ſibi ſeruire, poſtea pati poteſt intra [b] quinquennij tempus. Atquin iam quinquennio ei ſeruire non D poteſt. ſed vel [c] minus poteſt.

Item Iulianus libro ſextodecimo Digeſtorum ſcripſit, ſi Arethuſæ [d] † libertas ita ſit data, ſi tres ſeruos pepererit: & per heredem ſteterit quo minus pepererit, puta quod ei medicamentum [e] dediſſet ne conciperet: ſtatim liberam futurum * eſſe. Quid enim expectamus? [f] Idémque [g] & ſi egiſſet heres vt abortum faceret [h] quia & vno vtero potuit tres edere. Item ſi heredi ſeruire iuſſum ſtatuliberum heres vendidit & tradidit: credo ſtatim ad libertatem [i] peruenire.

t *Peruenire*. ſic ſupra de manumiſſ. teſtamẽ. l. ſi ita fuerit. §. fin. Sed contra infra eodem. l. ſi triennio. ſed ibi ſolues.

u *Statim liber*. ſic infra eodem. l. ſeruus ſi heredi. in prin. & dic ex teſtamento, non ex huius manumiſſione. Accurſius.

x *Per eum*. ſcilicet heredem.

y *Quo minus*. i. non.

z *Perueniret*. ad libertatem. & eſt ſic infra eodem. l. Stichus. §. Dama.

a *Non poteſt*. iure ſeruitutis: vt & infra l. proxi. §. Stichus Titio. quæ eſt contra. ſed ibi ſolues.

b *Atquin*. opponit.

c *Sed vel*. nunc reſpõ. & dic vel pro ſaltem.

d *Arethuſæ*. aliàs. §. idẽ & aliàs. l. Areſcuſæ, H.

e *Medicamentum*. ad quod facit in authen. de nupt. §. ſic itaque. & infra ad le. Cor. de ſic. l. iij.

f *Expectamus*. Nota ergo conditionem pro impleta haberi, ex quo ſtat per eum cui debet impleri: vt & ſupra de fideicommiſ. liber. l. ſi filius. §. erit. & infra de verbo. obliga. l. in executione. §. final. Argu. contra ſupra eadem. l. §. ſi quis ſeruum. vbi prohibet eum operari: & non nocet domino.

g *Idémque*. ſ. quòd ſtatim efficiatur libera.

h *Faceret*. ſcilicet Arethuſa.

i *Ad libertatem*. conditione habita pro impleta: quia per heredẽ ſtetit quò minus ei ſeruiret.

C*Vm heres*.] CASVS. Seruus iuſſus eſt eſſe liber, ſi det decem heredi. heres abeſt cauſa reipublicæ. dicitur quòd hic ſeruus vel expectet heredem, & ei det. x. & erit liber. vel ſi non vult expectare: deponat pecuniam in eccleſia, & erit liber. [NON EST STATVLIBER.] Reliqui libertatem cuidã ſeruo, qui nihil habebat ſi det mille libras heredi. vel ſic: cùm morietur, ſit liber. non eſt iſte

* heredi meo.

† Areſcuſæ.

* futuram.

iſte talis ſtatuliber, cùm nec animus dandæ libertatis ſit. [SERVIRE.] Seruo relicta eſt libertas, ſi anno ſeruierit Titio. Titio intra annum mortuo ſeruus nondum eſt liber, niſi annus finiatur. & redditur ratio. [SI DVOBVS.] Seruus liber eſſe iuſſus ſi det .x. Titio & Sempronio, v. obtulit Titio, & Titius noluit. eadem quinque obtulit Sempronio, & noluit. dicitur quòd ſit liber. [STICHVS.] Seruo relicta eſt libertas, ſi ſeruierit Titio extraneo per triennium. vel ſic: ſi tot operas puta decem ei dederit: dicitur quòd interim eſt ſtatuliber, & ſeruire debebit per triennium Titio: licèt non domino. & ſi heres prohibet Titio ſeruire: ſtatim ſeruus ſit liber. & hęc ſunt vera, quando per hæc verba non habuit teſtator animum relinquendi Titio dominium ſerui. tunc enim ſecus eſſet in hoc vltimo caſu: quod dic vt in gl. [STICHVS.] Titio reliqui libertatem, ſi heredi meo ſeruierit per annum. dicitur quòd hic annus cōſtat ex.ccclxv. diebus, non ex pluribus propter biſſextum. & dicitur quòd impleta conditio eſt, ſi per aliquam partem anni fuit infirmus, ita quòd non potuit ſeruire. Secundò dicit: ſeruus liber eſſe iuſſus eſt, ſi det decem heredi. heres cogitur recipere etiā particularem ſolutionem. & hoc ſpeciale fauore libertatis. Titiò dicit: relicta eſt libertas ſeruo, ſi Titius Capitolium aſcendat. vel ſic: ſi Titius det .x. fratribus prædicatoribus: Titius non cōpellitur hoc adimplere: & eo non adimplente, ſeruus non fiet liber. Vltimò dicit, ſeruus liber eſſe iuſſus, ſi ſeruiat heredi meo per annum: illi dies non computantur in anno quibus ſeruus extitit in fuga, vel in quibus contendit pro libertate contra heredem. Franc. Accurſius.

* id eſt, millies centena milia nummorum: quę ſumma, ſi Budæi æſtimationē ꝓbamus, vicies quinquies centena milia aureorū quibꝰ hodie vtimur, excedit Anto. Au. li. 2. emen. cā. 6. qui ait in Archetyp. legi miles, ſed mendoſè.

Depoſita pecunia quam ſtatuliber debet pro ſua liberatione, efficitur liber.

IIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

CVm heres reipublicæ cauſa abeſſet, [a] & pecuniam ſtatuliber haberet: vel expectare eū debere donec redeat is cui dare debet, vel deponere in ædem pecuniam cōſignatam oportet: quo ſubſecuto ſtatim ad libertatem peruenit. [b]

Libertas collata in nimis longum tempus, vel in conditionem impoſſibilē, declarat voluntatem domini contrariam eſſe libertati.

Non eſt ſtatuliber, cum libertas in tam longum tempus collata [c] eſt, vt eo tempore is qui manumiſſus eſt, viuere non poſſit: [d] aut ſi tam difficilem, imò penè impoſſibilem conditionem adiecerit, vt aliunde ea libertas obtingere non poſſit, veluti ſi heredi mulies * dediſſet: aut cum moreretur, liberum eſſe iuſſiſſet. ſic enim libertas inutiliter datur. & ita Iulianus ſcribit: quia nec animus dandæ [e] libertatis eſt.

C Seruire Titio anno, & liber eſſe iuſſus, Titio mortuo non ſtatim liber fiet, ſed cùm annus tranſierit: [f] quòd [g] videtur non tantùm ſub conditione, ſed etiam ex tempore data libertas. etenim abſurdum eſt, maturius eum liberum fieri cùm conditionem non impleuit, quàm futurus foret ſi eam expleret. Si duobus decem datis, liber eſſe iuſſus ſit, & vnus quinque accipere noluerit: melius eſt dicere poſſe eum eadem quinque [h] alteri offerentem, [i] ad libertatem peruenire. *Stichus ſi Titio* [k] *per triennium ſeruierit*, *vel ſi illi* [l] *centum operas dederit*, *liber eſto.* conſtat hoc modo libertatem vtiliter dari poſſe. nam & alienus ſeruus ſeruire nobis poteſt ſicuti liber, [m] & multò magis operas dare: niſi teſtator ſeruitutis appellatione [n] dominium magis quàm operam intellexit. ideóque B ſi prohibet heres Titio ſeruire, peruenit ad libertatem. [o] *Stichus ſi heredi meo anno ſeruierit, liber eſto.* quærendum eſt, annus quomodo accipi debeat: an qui ex continuis diebus trecentis ſexagintaquinque conſtet, an quibuſlibet. [p] † Sed ſuperius [q] magis intellegendum Pomponius ſcribit. Sed ſi quibuſdam diebus aut valetudo, aut alia iuſta cauſa impedimento fuerit quo minus ſeruiat: & hi anno imputandi ſunt. [r] Seruire enim nobis intelleguntur etiam hi quos curamus ægros: qui cupientes ſeruire, propter aduerſam [ſ] valetudinem impediuntur. Item ſi decem heredi dare iuſſus fuerit, heres etiam per partes [t] accipere fauore libertatis cogendus eſt.

Ita liber eſſe iuſſus, *ſi Titius Capitolium aſcenderit*: ſi Titius nolit aſcendere, impeditur libertas. Idémq; iuris eſt in ſimilibus cauſis [u] & conditionibus. [x] Item Caſſius ait, ei qui ſeruire iuſſus eſt anno: illud tempus quo in fuga [y] ſit, vel in controuerſia, [z] pro libertate non procedere.

† Sic Flor. perperam Haloan. an qui nō quibuſlibet. perperam etiam vulg. edit. aut qui biſſexto. Au. lib. 1. c. 2. quibuſlibet ſautē hic id eſt non continuis.

a *Abeſſet.* ſecus ſi præſens accipere recuſat: vt ſupra. l. proxi. §. Stichus annua.

b *Peruenit.* ſic. C. de vſu. l. acceptam. & qui po. in pig. ha. l. j. & .ſ. depo. l. j. §. ſi pecuniam in ſacculo. Accurſius.

c *Collata.* id eſt relicta.

d *Poſſit.* niſi conditione impleta.

e *Dandæ.* quòd præſumitur ex eo quòd tam longum tempus vel conditionem impoſſibilem adiecit. Azo. vt ſupra de manu. teſta. l. antepen. §. fin. & .l. fin. in princ. & arg. ſupra de vſufruct. l. Titio. Sed contra inſtit. de here. inſtit. §. impoſſibilis. ſed finis huius. §. videtur ſoluere. vel hæc per illam corrigitur: vel ibi de natura eſt impoſſibilis: hîc de facto.

f *Annus tranſierit.* vt & .ſ. de teſtam. manu. l. ſi ita ſcriptum fuerit. & .j. eod. l. ſi peculium. §. quædam. & .l. ſi ſeruus liber. Sed contra. j. ea. l. §. Stichus. & .l. ſi heredi. in fin. Solut. ibi in perſona ſerui contingit impedimentum: hîc in perſona domini.

g *Quòd.* id eſt quia. & hoc ſoluit etiam dictum contrarium.

h *Eadem quinque.* & facit ſupra eo. l. proxi. & .§. Stichus annua. & §. ſi decem iuſſus. Accurſius.

i *Offerentem.* id eſt quia alteri offerebat. Accurſius.

ff. Nouum.

k *Titio.* ſcilicet extraneo, qui non erat heres.

A l *Vel ſi illi.* diſiunctio eſt legis, non teſtantis.

m *Sicuti liber.* accepto verbo ſeruire, non pro dominio. aliàs ſecus: vt ſupra. l. proxi. §. penult. Accurſius.

n *Appellatione.* vt per hoc quod dixit ſeruire, voluerit vt per triennium dominium foret Titij. Accurſius.

o *Peruenit ad libertatem.* quia non ſtat per ſeruum quò minus adimpleat conditionem, ſed per heredem. & hoc intellige cum teſtator ſeruitutis appellatione nō dominium, ſed operam intellexit: quod in dubio eſt præſumendum: vt infra eod. l. pen. in princ. & ſupra de vſufruct. leg. l. vxori. §. ſi. Si verò dicas loqui quando intellexit de dominio, non ſtatim perueniret ad libertatem, argu. ſupra. l. proxi. §. penul. & ideo leges interrogatiue peruenit ad liberti? Reſpon. non peruenit, ſecundùm Ioan. Item argu. contra. huic. §. infra eo. l. ſi triennio. & .l. ſi peculium. §. quędam. & .l. ſeruus ſi heredi. §. imperator.

p *Quibuſlibet.* aliàs quibuſlibet, & aliàs biſſexto. & hæc bona. & de hoc plenè habes infra de verbo. ſignifi. l. cum biſſextus. ADDITIO. Florentiæ legitur, quibuſlibet, id eſt non cōtinuis. Ant. Aug. lib. 1. cap. 2.

q *Superius.* qui conſtat ex. ccclxv. diebus: vt & ſupra ad leg. Aquil. ita vulneratus. Accur.

r *Imputandi ſunt.* quaſi conditione impleta. ſufficit enim ſi per eum non ſtat quò minus ſeruiat. Azo. & ad hoc ſupra ad leg. Rho. de iac. l. final. vbi dicit, puta morbo impeditum. & ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. de illo. & .j. eod. l. fin. & .ſ. de condit. & demon. l. ſi pecuniam. in prin. & .j. de re iudi. l. contumacia. §. pœnam. & .ſ. loc. l. qui operas. & .j. de variis cog. l. j. §. pen. Accurſius.

ſ *Aduerſam.* ſecus ſi propter publicum iudicium impediatur: vt. j. eo. l. Stichum. §. Dama. vel per caſum in perſona eius cui eſt D ſeruiendum: vt. ſ. ea. l. §. ſeruire. & facit. j. e. in fin. Accur.

t *Per partes.* fauore libertatis: aliàs contra. ſ. de vſur. l. tutor. §. Lucius. & hoc plenè notaui. ſ. ſi cer. peta. l. quidam.

u *Similibus cauſis.* vt in pecuniariis relictis: vt. ſ. de condit. & demonſt. l. nonnunquam.

x *Conditionibus.* ſcilicet ſimilibus, ſi Titius Romam ierit, vel vltra mare.

y *In fuga.* ſic. j. eo. l. ſeruus qui teſtamento. §. ſeruus. & .ſ. de ſer. expor. l. Titius. in prin. Arg. contra. ſ. de vſufru. l. arboribus. §. Iulianus. & .j. de acqui. poſſ. l. j. §. per ſeruum qui. Accur.

z *In controuerſia.* cùm in libertatem proclamat: non ſi ei ab alio fiat controuerſia ſine dolo ſerui.

STatuliber.] CASVS. Seruus iuſſus eſt eſſe liber, ſi reddiderit rationes heredi. hic ſeruus reliqua quæ nunc apparent, vult reddere, & vult ſatiſdare pro aliis reliquis, ſi apparebunt. ſatis eſt, & ſic ſit liber. Vltimò dicit: ſeruus liber eſſe iuſſus ſi det decem, debet decem dare ad hoc vt ſit liber: non autem prodeſt ſi, vult ſatiſdare. Franciſcus.

k

Obſcuritas rationum non impedit libertatem competere, ſi ſtatuliber paratus eſt pro his ſatiſdare.

V. POMPONIVS *libro octauo ad Sabinum.*

STatuliber rationem reddere iuſſus, reliquum quod apparet ſoluit: de eo quod obſcurius eſt, ſatiſdare paratus eſt. Neratius & Ariſto rectè putant liberum fore:[a] ne multi ad libertatem peruenire non poſſint incerta cauſa[b] rationis & genere[c] negotij huiuſmodi. Statuliber qui non rationes[d] reddere, ſed pecuniam iuſſus eſt dare: numerare debet, non fideiuſſorem dare.

VI. VLPIANVS *libro viceſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI ſtatulibera ſerua pœnæ facta ſit,[e] & poſt damnationem ſtatutæ libertatis conditio extiterit: quamuis ipſi ſtatuliberæ nihil proficiat,[f] partui[g] tamen proficere oporteat, vt perinde liber naſcatur, atque ſi mater damnata non eſſet. Quid tamen ſi qua conceperit in ſeruitute, deinde ab hoſtibus capta peperit ibi poſt exiſtentem conditionem? an liberum pariat? Et interim[h] quidem quin ſeruus hoſtium ſit, nequaquam dubium eſt: ſed verius eſt poſtliminio eum liberum fieri: quia ſi mater in ciuitate eſſet, liber naſceretur. Planè ſi apud hoſtes eum concepiſſet, & poſt exiſtentem conditionem edidiſſet, benignius[i] dicetur competere ei poſtliminium, & liberum eum eſſe. Statuliber parendo conditioni in perſona emptoris, peruenit ad libertatem. & ſciendum hoc ad ſtatuliberos omnis ſexus pertinere. Non ſolùm autem ſi euenerit hęc conditio, ad eum tranſit qui emit, verùm etiam ad omnes quicumque quoquo iure dominium in ſtatulibero nacti ſunt. Siue igitur legatus ſit tibi ab herede ſtatuliber, ſiue adiudicatus,[k] ſiue vſucaptus à te, ſiue traditus, vel aliquo iure tuus factus: ſine dubio dicemus parêre conditioni in perſona tua poſſe. Sed & in heredem emptoris idem dicitur.[l] Si filiuſfamiliâs heres ſit inſtitutus,[m] & ſtatuliber filio dare iuſſus eſt, & liber eſſe: ſiue filio ſiue patri dando peruenit ad libertatem: quia & ad patrem[n] hereditatis emolumentum peruenit. Sed & ſi poſt mortem filij patri dederit, quaſi heredis heredi: liber erit. Nam & ſi quis extraneo dare iuſſus ſit, & liber eſſe, deinde hic B heredi heres extiterit: non quaſi in extranei perſona, ſed quaſi in heredis, conditioni parebit.[o]

Statuliber[p] decem dare iuſſus & liber eſſe, ſi quinque datis diſtractus ſit: reſidua quinque emptori dabit. Si ſeruus tuus ſtatuliberum emerit: tibi[q] datur quod heredibus dare iuſſus eſt. Sed & ſi tuo ſeruo dederit: ſi modò is[r] eum peculiari nomine emit, neque ei tu peculium ademiſti: puto liberum fore, ſcilicet vt eo modo tibi dediſſe intellegatur, perinde atque ſi tua voluntate cuiuis alij tuorum ſeruorum dediſſet. Si quis non dare C decem, ſed rationibus redditis liber eſſe iuſſus ſit: an ad emptorem hæc conditio tranſeat, videamus. Et aliàs ſciendum eſt, eas demum conditiones ad emptorem tranſire, quæ ſunt in dando: cæterùm ſi quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt: vtputa ſi filium eius literas edocuerit. hæ enim perſonis eorum cohærent,[ſ] quibus adſcribuntur. Rationum autem reddēdarum conditio, quò ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia conſiſtit: quòd autem ad ipſa volumina rationum tradenda, percunctandáſque & examinandas ra- D tiones, & diſpungendas[t] atque excutiendas, factum habet. Nunquid ergo reliqua quidem & emptori dando perueniat ad libertatem: cætera in perſona heredis conſiſtant? Puto igitur & ad emptorem reliquorum ſolutionem tranſmitti. ſic fiet, vt diuidatur[u] conditio. & ita Pomponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

a *Liberum fore*. & bene, argu. ſupra de col.bo. l.j.§. ſed cùm poſſint. & arg. ſupra ſi cer.peta.l.quidam.

b *Incerta cauſa*. ſi habes, incerta cauſa: ſubaudi, impediente rationem huius. Accurſius.

c *Et genere*. ſcilicet impediente rationem huius. Accurſius.

d *Statuliber qui non rationes*. tunc enim in obſcuris fideiuſſores admitterentur. Ir. vt ſupra dixi. ſic ſupra quibus mo.pign. vel hypo.ſol. l.item liberatur. §.j. & de conſtitut. pecu. l. promiſſor.§. cōſtituto. Accurſius.

S*I ſtatulibera*.] CASVS. Statulibera propter aliquod delictum eſt ſerua pœnæ effecta. nunc extitit cōditio ſub qua relicta erat ei libertas. dicitur quòd hoc prodeſt partui eius, licèt non ei, vt partus tunc conceptus & natus ſit liber. Sed quid ſi hæc ſtatulibera exiſtens in ſeruitute concepit: poſtea capta ab hoſtibus pariat poſt euentum conditionis? certè interim donec partus eſt apud hoſtes, eſt ſeruus: liberatus ab hoſtibus, fit liber iure poſtliminij. idem ſi apuſt hoſtes cōcepit, & pariat ibidem poſt euentum conditionis. [STATVLIBER.] Seruus iuſſus eſt liber eſſe ſi det decem hered. hunc ſeruum heres interim vendit, vel legat, vel donat alicui, vel vſucapitur ab aliquo. dicitur quòd hic ſeruus ſi paret cōditioni in perſona emptoris, vel alterius noui domini, dando ei iſta decem efficitur liber. idem in emptoris herede. idem ſi det patri heredis: poſito quòd filius ſit inſtitutus ab extraneo. & hęc ſunt vera, ſiue filius nunc viuit ſiue non, cùm ſeruus dat decem patri heredis. Sed pone quòd iuſſus eſt ſeruus dare decem extraneo, & liber eſſe: nunc heres teſtatoris ſucceſſit illi extraneo. huic heredi dabuntur. x. non quaſi extraneo. Franc. [STATVLIBER.] Iuſſus ſeruus dare. x. heredi, & eſſe liber, v. dedit heredi: nunc heres eum vendidit. ſi alia quinque det hic ſeruus, dabit emptori. [SI SERVVS.] Seruus iuſſus eſt eſſe liber, ſi det decem heredi. heres hunc ſeruum vendidit ſeruo meo. dicitur quòd ſi hic ſtatuliber det mihi hæc decem, erit liber. ſed & ſi ſeruo meo det, erit idem, ſi emerat de peculio eum, nec ei peculium ademi. [SI QVIS.] Seruus liber eſſe iuſſus eſt ſi reddiderit rationem eius quod geſſit de factis domini. heres interim eum vendidit. an hæc conditio eſt implenda in per- A ſona emptoris, quæritur. & eſt ſciendum, quòd illæ demum conditiones tranſeunt ad emptorem, quæ ſunt in dando, non illæ quæ ſunt in faciendo: ita talis ſeruus ſit liber, ſi filium illius inſtruat literis. idem in ſimilibus. noſtra autem conditio & in dando eſt, prout continet dationem reliquorum: & in faciēdo eſt, prout continet extrahere & excutere rationes. dicendum eſt ergo, quòd datio vadat ad emptorem, factio autem ſtet & impleatur in perſona heredis. Franciſ.

e *Facta ſit*. qualis & hodie fieri poteſt: vt in authen. de nup. §. quod autem prius.

f *Proficiat*. propter geminam ſeruitutem. Accurſius.

g *Partui*. forſitan ante damnationem concepto, vel etiam poſtea. Azo. ad hoc ſupra titu. ij. l. generaliter. §. ex dānata.

h *Interim*. quandiu apud hoſtes ſit. Azo.

i *Benignius*. omiſſo rigore iuris. & ad hoc ſupra de iniu. teſtam. l. ſi quis filio exheredato. ſiue autem. & ad hoc quod not. C. de capti. l.j. Accurſius.

k *Adiudicatus*. in iudicio famil. erciſ.

l *Idem dicitur*. vt in eius perſona poſſit parêre conditioni: vt & infra de except. doli. l. ij. §. fin. & infra eod. l. ſtatuliberi. §. Quintus. & ſupra de act. empt. l. Titius. §. j. & infra de fur. l. ſi ſeruus communis. §. fin. & ſupra de euict. l. qui libertatis. & infra ead. l. §. ſtatuliber. &. §. ſi quis non dare. ſed hodie videtur quòd alienari non poſſit: vt C. communia de leg. l. fin. §. pen. &. §. fi. & authen. res. Accurſius.

m *Inſtitutus*. ab extraneo. Accurſius.

n *Ad patrem*. non ſolum iſtud quod à ſtatulibero datur. Accur.

o *Parebit*. vt infra eo. l. ſi peculium. §. heredi.

p *Statuliber*. facit ſupra §. ſtatuliber. & quod ibi dixi. Accurſius.

q *Tibi*. ſcilicet domino. Azo.

r *Is*. ſcilicet ſeruus.

ſ *Cohærent*. vt &. C. de cadu. tollen. §. ne autē. Accurſius.

t *Diſpungendas*. Quid ſit diſpungere, habes. j. de verb. ſignifi. l. cognoſcere. in ratione enim reddenda ſunt hæc duo neceſſaria: vt & ſupra de condit. & demon. l. cùm ſeruus ita §. j. &. l. qui ſub conditione. Accurſius.

u *Diuidatur*. ſimilis diuiſio inſtitu. per quas perſo. no. acqui. §. j. Et not. quia conditio quæ pendet ex perſona ſerui, aut conſiſtit in

Conditio ex perſona ſer-

Ui ſpendens triplex eſt. in dando, aut in faciendo, aut mixta eſt. vbi in dando: heredi eſt dandũ & emptori,& heredibus emptoris: niſi eſſet dictum vt alij detur: vt.j.eo.l.Labeo.&.j.e.l.qui pecuniam.&.l.ſi quis teſtamẽto.&.l.ita liber.&.ſ.de euic.l.qui alienam.§.fin.& hic. Si verò eſt dictum vt alij detur: ei dabitur non alij, niſi in caſu: vt hoc.§.&.ſ. de euict.l. qui alienam. in fin.&.j.eo.l. ſi is cui. & de condit.& demon. l.ſub diuerſis.§.fina.Secundo caſu, quando ſcilicet in faciendo: ſi ſit dictum in cuius perſona, ei impleri debet: vt ſ.de cõdit. & demon.l. quæſitum. aliàs heredi. nec ad emptorẽ tranſit: vt hic. Si autem ſit mixta, tunc ſerua quod hic dicit, vt factum fiat perſonæ deſignatæ, datio verò etiam emptori: vt hic,&.ſ.de euic.l.qui libertatis.§. ſeru°. Quod in emptore dixi: in accipiente quoquo titu. accipe: vt. ſ. §. ſtatuliber. & infra eo.l. ſtatuliber. §.Quintus.circa fin. Itẽ eſt huic fini arg. contra ſ. de iuriſd.om. iudi.l.ſi idem. §. ſi vna. Accurſius.

VII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

VSusfructus alienatio conditionem [a] ſtatuliberi ſecum non trahit. [b]

VIII POMPONIVS *libro octauo ad Sabinum.*

ITa liber [c] eſſe iuſſus, *ſi decem dederit, liber eſto:* heredi dare debet. nam qui non habet cui det, heredi dando ad libertatem peruenit. Si partes ſuas quiſque heredum diuerſis ementibus vendiderit: quas portiones heredibus dare ſtatuliber debuit, eaſdem dabit emptoribus. Labeo autem ait: ſi nomina [d] dumtaxat heredum in teſtamẽto poſita ſint, viriles [e] partes eis dandas: ſi verò ita, *ſi heredibus dederit*, hereditarias.

IX. VLPIANVS *libro vicenſimo-octauo ad Sabinum.*

STatuliberum medio tempore ſeruum heredis eſſe, nemo eſt qui ignorare debeat: [f] eapropter noxæ dedi poterit: [g] ſed deditus ſperare adhuc libertatem poterit. nec enim deditio ſpem illi adimit [h] libertatis.

Si ſtatuliberum non eadem conditione [i] heres vendat, cauſa eius immutabilis eſt: [k] & luere ſe ab eo poteſt ſimili modo vt ab herede, ſi tamen ſuppreſſerit conditionem ſtatuliberi: & ex empto [l] quidem tenetur: grauiores [m] autem etiam ſtellionatus crimen important [n] ei qui ſciens [o] diſſimulata condi-

a *Suſfructus. Cõditionem*. licèt ſit in dando. Accurſius.

b *Non trahit*. vt detur fructuario, ſed proprietate alienata datur proprietario: vt.ſ.l. proxi. §.fin.

I*Ta liber.*] CASVS. Teſtator reliquit libertatem ſeruo, ſi det decem,& non dixit cui. dicitur quòd debet dare heredi. Secundò dicit: teſtator reliquit libertatem ſeruo, ſi det decem heredibus:& heredes vẽdiderunt hunc ſeruum. dicitur quòd eas portiones quas dediſſet heredibus. ſi penes eos remanſiſſet: eaſdem dabit emptoribus. & quas dediſſet heredibus, declarat. nam aut expreſſit nomina propria heredum: & tunc viriles darẽtur heredibus,& ſic emptoribus. aut dixiſſet ſimpliciter heredibus:& tunc hereditariæ. Franc.

c *Ita liber*. ſic.j.eo.l.qui pecuniam.& quod not.ſ.l. ſi ſtatulibera pœnæ.§.fina.

d *Nomina*. propria.& eſt ſimilis diſtinctio.ſ.de le.j.l.turpia.§. fin. &.l.ſi heredes nominatim.& ſ.ad Trebel.l.quotiens.&.l.ſequen. Sed contra.j.eo.l.ſi quis teſtamento. Solu. vt ibi. Item quid ſi dixerit propria & appellatiua? Reſpon. diſtingue quod præpoſuit, argu.j.de ſtipu.ſer.l.ſeruus communis ita.

e *Viriles*. i.pro numero perſonarum: vt.ſ.de leg. præ. l. viriles in princ. Accurſius.

S*Tatuliberum.*] CASVS. Statuliber antequam impleatur conditio, dicitur ſeruus heredis: & ſi interim delinquat, poterit heres dare eum pro noxa. adueniente autem conditione erit liber: ſed ſi heres eum vendat, adhuc durat ſpes libertatis: & ſi vendiderit eum tanquam merum ſeruum, non tanquam ſtatuliberum, tenebitur emptori act.ex empt. item crimine ſtellionatus ſi ſciens diſſimulauit eius condit. Vltimò dicit: heres dans pro noxa ſtatuliberum liberatur. item & ſi antequam det, exiſtat condit. liberatur. [STATVLIBERI.] Ille cui relicta eſt in teſtamento libertas ſub conditione, ita demum tenet hoc relictum, ſi adeatur hereditas, & extunc habet ſpem libertatis. antequam adeatur, vſucapi poteſt talis ſeruus. & ſi poſtea adeatur: extunc inff. Nouum.

cipiet habere ſpem. Franc.

A f *Debeat*. vt infra eo.l.ſtatuliberi à cæteris. in prin.

g *Poterit*. vt.ſ.de noxali.l.ſi quis à nullo.&.l.ſequen.&.l.ſi noxali §.ex his.& pignori dari: vt ſupra de pigno.l.grege.§.j.

h *Adimit*. vt.C.de teſta.ma.l.ſtatuliberis.

tione ſtatutæ libertatis ſimpliciter cum vendiderit. Illud tractatum eſt, an liberatio contingat ei qui noxæ dederit ſtatuliberum. Et Octauenus putabat liberari: [p] & idem dicebat & ſi ex ſtipulatu Stichum deberet, [q] eũmque ſtatuliberum [r] ſoluiſſet. nam & ſi ante ſolutionem ad libertatem perueniſſet, extingueretur obligatio tota. ea enim [ſ] in obligatione conſiſtere, quæ pecunia lui præſtaríque poſ-B ſunt: libertas autem pecunia lui non poteſt, nec reparari poteſt. [t] quæ ſententia mihi videtur vera.

Statuliberi conditio ita demum immutabilis eſt, ſi adita hereditas fuerit. [u] cæterùm antè aditam hereditatem in propriam vſucapitur [x] ſeruitutem, libertatíſque ſpes infringitur: ſed adita poſtea hereditate ſpes libertatis fauore ſui redintegrabitur.

X. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI decem dare iuſſum heres vendiderit & tradiderit, dixerítque adſcriptum libertati, ſi C viginti dediſſet: [y] ex empto erit actio cum venditore. aut ſi dupla promiſſa eſt, ob euictionem dumtaxat duplæ repetitio erit: ex empto ob mendacium. [z]

XI. POMPONIVS *libro quartodecimo ad Sabinum.*

SI heres [a] pecuniam donaſſet ſtatulibero, vt ſibi eam daret, & liber eſſet: non fieri liberum [b] Ariſto ait. ſed ſi in plenũ [c]

i *Conditione*. id eſt non dicat ſe ſtatuliberũ vẽdere. M.

k *Immutabilis eſt*. vt & ſupra proxi. reſpõ. &.ſ. eo.l.ij. in prin.

l *Et ex empto*. vt.ſ. de euict.l. qui alienã. &. l. qui libertati. in princ.& j.eo.l.proxi. Accur.

m *Grauiores*. iuriſconſulti.

n *Important*. aliàs impo nunt. i. inferunt.

o *Sciens*. ignorans autem nõ committit hoc crimen: [a] vt & ſupra de pig.act.l.j.&.l. tutor.§. j.& infra de cri. ſtellio. l.pen.

a] Cõe.text. in ca apoſtolicæ. & ibi nota Panor. nu.3.vbi poſui in apoſtil. ad ipſũ in verſi. non curauit. extra de cle. excõ. mini. & in ca. non. uit. de ſentẽ. excõmunic.

p *Liberari*. vt & ſupra de noxa. l. prætor. Accurſius.

q *Deberet*. hoc eſt contra infra de ſolu. l. cum quis. §. qui hominem. & ſupra de condict. indebi.l. Neratius. ſed ibi plenè dixi in. l. Neratius.

r *Statuliberum*. ſine ſuo facto: vt & infra de verbo. obliga. l. ſi ſeruum §.item ſi homo. Accurſius.

ſ *Ea enim*. ſcilicet omnia quæ pecunia lui.

t *Nec reparari*. ſic infra de regulis iur. l. libertas inæſtimabilis. & ſupra de his qui deiece. vel effu.l.j.§. ſed cũ liber homo. Accur.

u *Fuerit*. ſcilicet etiam poſtea.

x *Vſucapitur*. imò tranſit incontinenti dominium, cùm dominus ſit tradens: vt ſupra in princ. huius. l. ergo non vſucapit accipiens: vt infra de vſucap. l. ſequitur. §. lana. Reſpõ. hic alienus erat: vel verius quò ad ius parendi conditioni: vt infra de capt. & poſtli. re. l. in bello. §. ſi quis. & ſic etiam expone. ſ. e. l. ij. in princ. &.§.j.&.ſ. titu. ij. l. pen. in fine. Accur.

D S*I decem.*] CASVS. Liber eſſe iuſſus, ſi det decem heredi: heres eum vendidit, & dixit emptori quòd hic ſeruus debebat eſſe liber ſi det.xx. nunc apparet quòd dando.x. eſt liber. tenebitur heres emptori act. ex empto. ſi autem promiſit heres de dupla nomine euictionis, & euincatur emptori hic ſeruus per extraneũ: tunc heres tenebitur de dupla. Franciſcus.

y *Dediſſet*. heredi: ſecus ſi alij: vt ſ. de euict.l. qui alienam.§.j.

z *Ob mendacium*. hic eſt ſenſus: vt ob mendacium agatur ex empto, & non ad duplum: ſed re euicta ab aliquo extraneo, ad duplũ agitur, ſi promiſſa eſt: & ſic non eſt contra. C. de euic. l. qui libertatis. §. j. vbi dicitur non agi ad duplum propter mendacium. Agi ad duplũ ob mendacium an poſſit.

S*I heres.*] CASVS. Liber eſſe iuſſus ſi det.x. heredi. heres donauit ſeruo.x. vt ea ei redderet, & liber eſſet. licèt reddat, non eſt liber. & hoc de rigore: de æquitate ſecus. ſi autem ſimpliciter donauit, & ſeruus hæc.x. reddat heredi, liber eſt. Franc.

a *Si heres*. aliàs lex. ſi heres. aliàs. §. Pomponius.

b *Liberum*. de rigore iuris. ſic & infra de ſolu. l. qui ſic. ſed de æquitate ſecus: vt ſupra ſi cer. peta. l. ſi tibi. & de dona. l. qui id. §. j. quæ ſunt contra. Accurſius.

c *In plenum*. i. non adiecta hac conditione. quandoq; ergo plenè

dat, quandoque non. ſic infra de adquiren.re.domi.l. per ſeruum. §.j.

S*I quis teſtamento.*] CASVS. liber eſſe iuſſus, ſi reddiderit rationes heredibus: reddere debet & reliqua, & pro hereditaria parte omnibus: licèt quorundam heredum nomina ſint expreſſa. Franciſcus.

A libertatem: ex cuius teſtamẽto erit liber?ar. quòd ex primo ſupra de leg.iij.l.vnum ex familia.in prin.& ſupra de her.inſtit.l.iij.§.ij. &.l.aſſe.&.j̃.eo.l.ſi.peculium.§.fin.

d *Iuſſus.* ab vno ex dominis.

e *Heredem.* eius teſtatoris qui reliquit libertatem.

ei donaſſet, fieri liberum.

XII. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI quis teſtamento libertatem acceperit ſub conditione, ſi rationem dederit: debet pro hereditaria parte heredibus reliqua ſoluere, etiam ſi nomina quorundam heredum ſint in conditione poſita. [a]

XIII. IDEM *libro quadrageſimotertio Digeſtorum.*

B SI quis ita libertatem dediſſet: *Stichus, ſi eum heres meus teſtamento ſuo non manumiſerit, liber eſto:* ſecundum voluntatem defuncti hoc ſignificari videtur, [b] ſi teſtamento ſuo heres non adſcripſerit ei libertatem. quare ſi quidem heres libertatem ſeruo teſtamento ſuo dederit, defectus [c] conditione videbitur. ſi non dederit: impleta conditione vltimo vitæ tempore heredis ad libertatem perueniet. Seruus communis liber eſſe iuſſus [d] ita, ſi decem dederit, ex peculio dare poteſt quod quocunque modo adquiſitum habuerit: nec refert, apud heredem [e] id, an apud ſocium [f] fuerit: & heredi, an extraneo dare iuſſus ſit. nam per omnia cauſæ [g] ſtatuliberi applicantur, [h] * quòd conditionis implendæ gratia alienare peculiares nũmos poteſt. C Si duo ſerui rationibus redditis liberi eſſe iuſſi fuerint, & ſeparatim rationes geſſerint: non dubiè ſeparatim quoque conditioni parere poterunt. Sed ſi actus eorum communiter geſtus, ita immixtus fuerit, vt ſeparari non poſſit: neceſſario alter ceſſando alterius libertatem impediet: nec videbitur conditio in alterius perſona impleta, niſi id quod computatione rationum habita reliquum fuerit, aut vterque, aut alter totum [i] ſoluerit. Qui ita liber iuſſus eſt, ſi iurauerit ſe Capitolium aſcenſurum: confeſtim vt iurauerit, quamuis Capitolium non aſcenderit, [k] liber erit. Seruus heredis rem ipſius heredis dare iuſſus, & liber eſſe, ad libertatem perueniet: [l] quia poteſt [m] teſtator & ſine vlla dandi conditione heredis ſeruum manumitti iubere. Hæc ſcriptura, *Stichus cùm erit annorum triginta, liber eſto: Stichus ſi decem non dederit, liber ne eſto:* hanc vim habet: Stichus ſi decem dederit, & ad annos triginta peruenerit, liber eſto. namque ademptio libertatis vel legati ſub conditione facta incepit contrariam conditionem legato vel libertati quæ prius data erat, inieciſſe. [n]

XIIII. ALPHENVS VARVS *libro quarto Digeſtorum.*

SEruus qui teſtamento domini, cùm decem heredi dediſſet, liber eſſe iuſſus erat: heredi mercedem referre pro operis ſuis ſolebat; cùm ex mercede heres amplius decem recepiſſet, ſeruus liberum eſſe aiebat. de ea re conſulebatur. Reſpondit, non videri liberum eſſe. non enim pro libertate, [o] ſed pro operis eam pecuniam dediſſe: nec magis ob eam rem liberum eſſe, quàm ſi fundum à domino conduxiſſet, & pro fructu fundi pecuniam dediſſet. D Seruus cùm heredi annorum ſeptem operas dediſſet, liber eſſe iuſſus erat. is ſeruus fugerat, & annum in fuga fecerat. cùm ſeptem anni præteriſſent, reſpondit non eſſe liberum: non enim fugitiuum operas domino dediſſe. quare niſi totidem dies [p] quot

a *Poſita.* ſed certè imò virilis tunc: vt ſupra eodem.l.ita.liber.§.j. quæ eſt contra ſolutionem datam pro hereditaria his quorũ nomina non ſunt expreſſa: nominatis verò pro virili: vt ſit ꝓportio totius & partis. vel aliud cum omnia nomina, aliud cum pars tantum exprimitur: vt infra eod.l. qui pecuniam. & hoc placet. vel ſupra ſunt expoſita propria: hîc appellatiua. & facit ſupra de manumiſſ.teſta. l. ſi ita fuerit. Accurſius.

S*I quis ita.*] CASVS. Reliqui libertatem ſeruo meo, ſi heres eum non manumittat in ſuo teſtamento. dicit̃ quòd expectabitur mors heredis, ſi heres eum manumittat in teſtamento ſuo, vel non. [SERVVS COMMVNIS.] Vnus ex dominis reliquit libertatem ſeruo communi ſi det.x. dicitur quòd dare poterit ex peculio hæc decem: ſiue hoc peculium ſpectet ad heredem relinquentis libertatem, ſiue ad alium dominũ: nec eſt vis cui debeat dare. [SI DVO.] Duobus ſeruis relicta eſt libertas, ſi reddiderint rationes. quæritur an vnus reddendo ſine alio perueniat ad libertatem?& diſtinguitur. nam aut geſſerunt ſeparatim rationes: & tũc vnus reddendo ſine alio erit liber, aut cõmuniter geſſerunt, & tũc vnus ſine alio non poteſt peruenire ad libertatem. [QVI ITA.] Libertas relicta eſt ſeruo, ſi iurauerit ſe aſcendere Capitolium. dicitur quòd ſtatim cũ iurat, eſt liber. [SERVVS.] Reliqui libertatem ſeruo heredis mei, ſi quãdam rem quæ eſt heredis mei, ei det. dicitur quòd eam dando eſt liber: cum & ſine vlla condit. poſſem illi ſeruo relinquere libertatem. [HÆC SCRIPTVRA.] Reliqui libertatem ſeruo Sticho, cùm erit.xxx. annorum. poſtea dixi: ſi Stichus.x.non dederit, liber non eſto. dicitur quòd & dare debet.x.&.xxx.annorum effici: & tunc erit liber. Fran. Accurſius.

* applicantur. i. in rem ſtatuliberi vertuntur. Græcus tamen interpres legiſſe videtur, applicatur.

b *Significari videtur.* ſcilicet vt ſit liber, ſi &c.

c *Defectus.* Sed cur manumittente herede non fit liber ex teſtamento priore: vt ſupra eo.l.ſtatuliberos.§.ſi ita? Reſpon. ſupra cõditio ſi ſeruierit, habetur pro impleta, cùm heres manumiſerit: quia per eum fit quò minus impleri poſſit. at hæc conditio, ſi heres non manumiſerit, deficit cum heres manumittit, ſecundùm Ioan. Item quid ſi dixerit teſtator, Stichus liber eſto, ſi teſtamento ſuo heres eum manumiſerit: & heres ei poſtmodum reliquit

f *Socium.* nã poteſt ab ab alio domino habere, ab alio non: vt ſupra de pecu.l.quis egò.

g *Cauſæ.* i. vtilitati. Io. vt ſcilicet cuicũque, & de quocunque ſuo peculio poſſit dare. Ioan.

h *Applicatur.* hoc ſcilicet ꝙ poteſt, &c. Sed cõtra infra eo.l.non videtur. Sol. vt ibi.

i *Totum.* concordat. ſ̃. de manu.teſt.l.ſi ita fuerit.&. C. de condit. inſer.l.pen.

k *Non aſcenderit.* non enim aſcenſio, ſed iuſiurandum in conditione fuit. Azo. Sed quid ſi aſcendit, & non iurauit? Rñ nõ videtur impleſſe cõditionem, cum iuramẽtum nõ remittatur: vt &.ſ̃.de manu.teſta.l. ſi quis libertatem. &.l. ſeruum teſtamento.

l *Perueniet.* tradẽdo: vel ſi per eum nõ ſtet. Et ſic no. ꝙ nõ ſemper eſt idẽ dare quod facere accipientis. ſic & poteſt nouare. ſ̃. de vſur.l.ſi ſtipulatus.§. verũ ſi emptor. & inſti.qui.mo.re com. oblig. §. itẽ is cui.& inſtit.de le.§.incertis. Sed aliàs contra: vt inſtit.de act.§.ſic itaque.& infra de verb.oblig.l.vbi autem non.§.ſi.Accur.

Dare non ſemper eſt accipientis facere.

m *Quia poteſt.* bona ratio, quia ſuã rem ei dari, & nihil dari, paria ſunt: vt inſtit.de lega.§. ſed ſi rem legatam.

Rẽ ſuã dari, & nihil dari, paria ſũt.

n *Inieciſſe.* vt. ſ̃. de adimen.lega. l. ſi legatum. in princ.&.ſ̃.ſi cer. pet. l.pecuniam.

S*Eruus.*] CASVS. Liber eſſe iuſſus eſt ſeruus, ſi det. x. heredi. hic ſeruus conducebat operas ſuas ab herede, & dedit nomine mercedis vltra.x. dicitur quòd nõ eſt per hoc liber. [SERVVS.] Relicta eſt libertas ſeruo, cùm dediſſet heredi operas per ſeptẽ annos. dicitur ꝙ dies quibus fuit in fuga, non cõputantur in ſeptẽ annis. vnde niſi per totidem dies ſeruiat poſt ſeptem annos quos fuit in fuga, nõ erit liber. ſecus autem eſt ſi fuit dictum, cùm ſeptem annis ſeruierit, tunc ſit liber. nam erit liber, ſi poſt tempus fugæ reuerſus ſeruierit. Franc. Accur.

o *Non enim pro libertate.* non omnis ergo numeratio implet conditionem: licèt ſit arg.contra.ſ̃.eo.l.ſtatuliberos.§.ſi quis ſeruum.& facit ſupra ſi cer.peta.l.non omnis.&.j̃.eo.l.ſi decem. Accur.

Numeratio non ſemper implet conditionem.

p *Totidem dies.* quod facere poteſt, & ſic morã purgare: vt ſupra eo.l.cum heres.§.ſi. Sed contra.j̃.eo.l. ſi intra quinquẽnium. Sol. vt ibi. Item facit quod no.ſ̃.de fideicommiſ.lib.l.Thais.§.intra.

M*Ortuo.*] CASVS. Relicta eſt libertas ſeruo. ſi det decem heredi. hic ſeruus fecit locupletiorem heredit.in.x. liber fit, vt ſi de ſuo ſoluit creditoribus heredit. vel pauit familiam heredis, ita quòd decem expendit. [HERES CVM.] Seruus iuſſus eſſe liber,

UNED

abfuiſſet, ſeruiſſet, non fore liberum. Sed ſi ita ſcriptum eſſet, vt tum liber eſſet, cùm ſeptem annis ſeruiſſet: potuiſſe liberum eſſe, ſi poſt tẽpus* fugæ reuerſus ſeruiſſet.

* Id eſt, ſi reuerſus à fuga tanto tẽpore ſeruierit, quantum in fuga conſumpſerit.

XV. AFRICANVS *libro nono Quæſtionum.*

MOrtuo herede ſi ſtatuliber locupletiorẽ hereditatem [a] tanta pecunia, quantam dare ſit iuſſus, fecerit, veluti creditoribus ſoluendo, cibaria familiæ dando, ſtatim eum ad libertatem eſſe venturum exiſtimaui. [b]

B Heres cum ſtatuliberum decem dare iuſſum venderet, conditionem pronuntiauit, & traditioni legem dixit, vt ſibi potius quàm emptori eadem decem darentur. quærebatur, vtri eorum ſtatuliber pecuniam dando libertatem conſequeretur. Reſpondit, heredi dare debere. Sed ſi talem legem dixiſſet, vt extraneo alicui ſtatuliber pecuniam daret: reſpondit & hoc caſu conuentionem valere: [c] quia heredi videtur ſoluere, qui voluntate eius alij ſoluit.

XVI. VLPIANVS *libro quarto Regularum.*

C STatulibera quidquid peperit, hoc ſeruum heredis eſt. [d]

XVII. NERATIVS *libro tertio Membranarum.*

SI decem heredi dediſſet, iuſſus eſt liber eſſe. decem habet, & tantundem [e] domino debet. [f] dando hæc decem non liberabitur. nam quod ſtatulibero ex peculio ſuo dare explendæ cõditionis cauſa conceſſum eſt: ita interpretari debemus, vt non etiã ex eo dare poſſit, quod extra peculium eſt. Nec me præterit hos nummos peculiares poſſe dici: [g] quamuis ſi nihil præterea ſeruus habeat, peculium nullum [h] ſit. ſed dubitari non oportet, quin hæc mens fuerit id conſtituentium, [i] vt quaſi ex patrimonio ſuo dandi eo nomine ſeruo poteſtas eſſet: quia id maximè ſine iniuria dominorum concedi videbatur. quòd ſi vltra quis progrediatur: [k] non multum aberit, quin etiã eos nummos quos domino ſurripuerit, [l] dando, ſtatuliberum conditioni ſatisfacturum exiſtimet.

XVIII. PAVLVS *libro ſingulari de libertatibus dandis.*

SI triennio dena dare iuſſus, primo anno viginti obtulerit: nõ accipiente herede, non ſtatim liber eſt: quia etſi accepiſſet heres, nondum liber eſſet. [m]

XIX. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.*

SI ſeruus [n] liber eſſe iuſſus ſit, & legatum ei datum ſi filius quartumdecimum annum compleuerit, & filius ante deceſſerit: libertas fauore competet dieueniente: legati autem conditio deficit.

Cùm non ſtat per ſeruum quin conditio libertatis impleatur: perinde eſt ac ſi impleta eſſet, vt cõpetat ſeruo libertas.

XX. PAVLVS *libro ſextodecimo ad Plautium.*

SI peculium ſeruo legatum ſit, qui iuſſus eſt alij dare decem,

liber ſi det. x. heredi. cum heres venderet hunc ſtatuliberum, dixit in pretio inter ſe & emptorem facto: x. quæ iuſſus eſt ſeruus dare, & eſſe liber, volo quòd mihi debeant dari. dicitur quòd ſeruus hæc. x. dabit heredi, & erit liber. idem ſi heres dixit in pacto: volo quòd hæc. x. det ſeruus cuidam extraneo, puta Titio. nam ei Titio dando. x. ſeruus erit liber. Franciſcus.

a *Hereditatem*. heredis cui iuſſus erat dare.

b *Exiſtimaui*. ego Aphricanus. Accurſius.

c *Valere*. quantum ad hoc vt emptori non cogatur dare, & vt dando extraneo liber fiat. R. & facit infra de ſol. l. vero procuratori. & l. ſolutam. Accur.

d STatulibera. Heredis eſt. cum ipſa ſerua ſit: vt ſupra eod. l. ſtatuliberum. in prin. &. C. de fideicommiſ. lib. l. cùm libertatem. quandoque tamen fallit: quod plenè dixi. ſupra tit. ij. l. pen. in fin.

SI decem.] CASVS. Dominus reliquit ſeruo ſuo libertatem, ſi. x. daret heredi. hic ſeruus debebat ex aliqua cauſa dare. x. domino: & ſic debet heredi. ſi ſeruus. x. dat heredi, non erit per hoc liber. & quod aliàs dicitur quòd ſeruus iuſſus dare, & liber eſſe, poteſt dare ex peculio: hoc intellige vt non etiam ex eo dare poſſit quod extra peculiũ eſt. Franciſcus.

e *Tantundem*. ſcilicet decem. Accurſius.

f *Debet*. ſcilicet ex alia cauſa.

g *Poſſe dici*. vt & ſupra de pecu. l. peculium. §. ſi heres.

h *Nullum*. vt & ſupra de pecu. l. ſed ſi damnum. §. præterea.

i *Conſtituentium*. vt ex peculio dare poſſit.

k *Progrediatur*. dicendo contra prædicta.

l *Surripuerit*. pro eo enim fere haberi poteſt, ſiue nummos quos in peculio habet, & mihi debet, mihi ſoluat: ſiue nummos mihi ſurripiat, & eos mihi poſtea reddat: quo caſu eum non perueni- D re ad libertatem ſupra dictum eſt. Ro. in. l. ſtatuliberos. §. ſi quis ſeruum. & facit ſupra de pecu. l. peculium. §. ex aliis. ibi, alioquin & quod ſurripuit ſeruus, &c. ſed videtur contra primum dictum. infra eo. l. Sticho. §. j. ſed ibi ſolues. Accurſius.

SI triennio.] CASVS. Relicta eſt libertas ſeruo, ſi det. x. omni anno vſq; ad triennium heredi. nunc ſeruus primo anno obtulit. xx. heredi: & heres noluit. non eſt liber per hoc: cum & ſi heres accepiſſet hæc viginti, non eſſet ſeruus liber. ſubaudi, niſi alia decem offerret. Franciſcus.

m *Liber eſſet*. niſi iterum. x. heredi obtulerit. & ſic non ob. ſupra eo. l. ſtatuliberos. §. Stichus. in fin. & ſupra de manumiſ. teſta. l. ita fuerit. in fin. Accurſius.

SI ſeruus.] CASVS. Relicta eſt libertas ſeruo, præterea & legatum, ſi filius teſtatoris compleuerit quatuordecim anno. ille filius ante deceſſit. dicitur quòd cùm tranſierit tantum temporis quo filius ſi vixiſſet compleuiſſet. xiiij. anno. erit hic ſeruus liber: non autem legatum habebit. Franc.

n *Si ſeruus*. facit ſupra de manumiſ. teſtamen. l. ſi ita ſcriptum. & quod ibi not. Accurſius.

A SI peculium.] CASVS. Seruo relicta eſt libertas & peculium ſi det. x. alicui extraneo, puta Titio. cùm ſeruus vellet dare hæc decem de peculio illi Titio, & liber eſſe, heres non permiſit: certè hic ſeruus liber eſt. & ſi peculium petat tanquam ſibi legatum ab herede hic liber factus, & heres vult retinere decem quæ iuſſus erat ſeruus dare, & liber eſſe: auditur. intelligas tamen ꝙ hic heres tenetur illi Titio act. in factum ad illa decem. [DE ILLO.] Seruus liber eſſe iuſſus ſi det decẽ alicui extraneo, puta Titio: poterit hic ſeruus inuito vel ignorante herede decem de peculio detrahere, & ſoluere Titio, & faciet pecuniam accipientis. ſi autem hic ſeruus iuſſus eſt eſſe liber ſi det decem heredi, & heres decem debebat huic ſeruo: poterit ſeruus compenſare cum herede, & erit liber. [IS CVI.] Seruus liber eſſe iuſſus eſt ſi det decẽ cuidam extraneo, puta Titio. antequã det, deceſſit Titius. quęritur an hic ſeruus ſit liber? Et reſpon. quòd ſi hic ſeruus habuit decem parata in vita Titij, & per eum non ſtetit quò minus ſolueret: ſeruus eſt liber. & hoc dixit Sabin. Iulia. autem plus dicit, quòd ſi nunc ſeruus habet parata decẽ, & tunc non habuit: ſatis ſit vt ſit liber. & hoc eſt non teſtatoris volũtate, ſed iure ſupplente eam fauore libertatis, adeò ꝙ nec legatum hoc caſu relictum habebit. ſi autem per heredem ſtetiſſet quò minus daret ſeruus decem Titio: tunc fit liber iure teſtamẽti. Vltimò dicit. ſeruus liber eſſe iuſſus ſi det decem heredi: heredi heredis dando liber eſt. ſi autem eſt iuſſus dare decem Titio extraneo: heredi eius extranei dando liber eſt, ſi hæc fuit voluntas defuncti. [QVÆDAM CONDITIONES.] Quandoque libertas relinquitur ſeruo ſub conditione. quę con- D ditio ſui natura vno eodémque tempore non poteſt impleri: vt ſi decem operas dederit heredi. nam per decem dies debet operas dare. à ſimili, ſi ad decem annos, decem aureos dare iuſſus eſt heredi, & eſſe liber: omni die poteſt dare vnum aureum: & cùm omnes compleuerit ad ſoluendum, erit liber. in vno tamen diſcordant hæ conditiones: quia conditio operarum non poteſt ſimul impleri. vnde ſi heredi ſeruus offerat decem operas vna die. accipiat heres vel non, non fit liber, niſi decem dies tranſeat. idẽ ſi iuſſus eſt ire Capuam, & eſſe liber, & heres prohibeat eum ire. nam non ſtatim fit liber, ſed lapſo tanto tempore quo potuiſſet iuiſſe Capuam. ſed ſecus in ſecunda condit. puta ſi det. x. ſit liber. nam poterit ſimul. x. dare, & erit ſtatim liber. [SI ITA QVIS ACCEPERIT.] In teſtamento meo dixi: ſi heres meus Stichum non manumiſerit, Stichus ſit liber. expectabitur aliquod tempus, nec nimium, nec modicum, intra quod poterit heres ſine ſuo magno incommodo eum manumittere. & ſi manumiſerit, tunc fit liber ex teſtamento meo. ſi autem tempus eſt appoſitum intra quod heres eum manumittat ſi vult, alioquin ſit liber: illud tempus expectabitur: quo elapſo & ſeruo nõ manumiſſo, ſeruus erit liber ex teſtamento meo. Franc. Accurſius.

UNED

& ſic liber eſſe: & heres eum prohibuerit dare: [a] deinde manumiſſus [b] peculium petat ex cauſa legati: an per doli exceptionem eam ſummam quam daturus eſſet, deducere heres poſſit vt ipſi proſit, non manumiſſo, quòd ea pecunia data non eſt: an verò indignus ſit heres, qui contra voluntatẽ defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? Et cum ſeruo [c] nihil abſit, & libertas ei competat: inuidioſum [d] eſt heredem fraudari. [e] B De illo quæritur, ſi inuito [f] herede det, aut neſciente: an faciat nummos accipientis. Et Iulianus verè exiſtimat ex hac cauſa conceſſam videri ſtatuliberis alienationem nummorum etiam inuito herede: & ideò facere eos accipientis pecuniam.

Quòd ſi heredi dare iuſſus eſt decem, & eam [g] ſummam heres debeat [h] ſeruo: ſi velit ſeruus eam pecuniam compenſare, [i] erit liber. Is cui ſeruus pecuniam dare iuſſus eſt, vt liber eſſet: deceſſit. Sabinus, ſi decem habuiſſet parata, liberum fore: quia non ſtaret [k] per eum quo minus daret. C Iulianus autem ait, fauore libertatis conſtituto [l] iure hunc ad libertatem peruẽturum, etiam ſi poſtea habere cœperit decem. Adeò autem conſtituto potius iure [m] quàm ex teſtamento ad libertatem peruenit, vt ſi eidem & legatum ſit, [n] mortuo eo cui dare iuſſus eſt, ad libertatem quidem perueniet: non autem & legatum habiturus eſt. [o] Idque & Iulianus putat: vt in hoc cæteris legatariis ſimilis ſit. Diuerſa cauſa eſt eius quem heres prohibet conditioni parere. hîc enim ex teſtamento [p] ad libertatem peruenit. Heredi autem iuſſum dare, etiam heredis heredi [q] dare poſſe diuus Hadrianus reſcripſit. & ſi hoc ſenſit teſtator, etiam in legatario idem dicendum eſt. [r] Quædam conditiones natura ſua nec poſſunt eodem tempore impleri, ſed neceſſariam habent temporis diuiſionem: velut cum decem operarum * iuſſus eſt dare: quia operæ per ſingulos dies dantur. [ſ] Igitur [t] & ſi ſingulos aureos det ſtatuliber, poteſt dici eum impleſſe conditionem. Alia cauſa eſt operarum: quia hæ neceſſariò [u] ſingulæ edendæ ſunt. Sed & ſi heres accipere noluerit, [x] non ſtatim liber erit: ſed cùm tempus tranſierit per quod operarũ quantitas conſumatur. Idem [y] dicendum eſt, ſi iuſſum Capuam ire, [z] & liberum eſſe, heres prohibeat ire. tunc enim erit liber, cùm peruenire Capuam potuiſſet. [a] ineſſe enim videtur tempus tam operarum præſtationi, quàm itineri. Si ita quis acceperit libertatem, *Stichus, ſi heres eum non manumiſerit, liber eſto*: poterit ab herede manumitti: non † contra [b] voluntatem teſtatoris adimitur ei libertus. Sed non tam continuum tempus exigendum eſt, vt præcipitari cogatur heres, vel ex peregrinatione celerius reuerti ad manumittendum, vel adminiſtrationem rerum neceſſariarum intermittere: nec rurſus tam longum, vt quandiu viuat, protrahatur manumiſſio: ſed modicum, quò primùm poſſit ſine magno incommodo ſuo heres manumittere. [c] Quòd ſi tempus [d] adiectum fuerit, illud ſpectabitur.

In redditione rationum continentur reliqua. Item cum teſtator fecerit mentionem de aliquo dando: ſi non expreſſit cui velit dari, debet dari heredi. hoc dicit.

XXI. Pomponius *libro ſeptimo ex Plautio.*

D Labeo libro Poſteriorum ita refert: *Calenus* [e] *diſpenſator meus ſi rationes diligenter tractaſſe videbitur, liber eſto: ſuáque omnia* [f] *& centum habeto.* diligentiam eam deſiderare debemus, quæ domino, non quæ ſeruo fuerit vtilis. [g] erit autem ei dili-

* intellige nomine. An. Aug.

Tẽperamẽtum optimũ ex duobus cõtrariis fit.

† non enim

a *Prohibuerit dare.* & ſic eſt liber conditione habita pro impleta: vt ſupra eo. l. iij. in princ. & . C. de condi. inſer. l. fin.

b *Manumiſſus.* id eſt factus liber ipſo iure conditione habita pro impleta, cùm per eum non remanſit, ſed per heredem.

c *Et cum ſeruo.* nunc ſoluit.

d *Inuidioſum.* ſic ſupra de diſtra. pig. l. ſcriptũ. §. ſi aliena. j. reſpon.

e *Fraudari.* tenetur tamen actione in factum ei in cuius perſona erat adimplenda conditio: vt ſupra de condict. ob cau. l. iij. § fin.

f *Inuito.* imò videtur quòd dominium non tranſeat inuitis heredibus: vt ſupra de condit. & demon. l. ſi inuitus. & ſupra eod. l. ſtatuliberos. circa princip. ibi, cum igitur veram, &c. & ſupra de condict. ob cau. l. iij. §. fin. ſed ibi, ſcilicet in tit. de condi. cau. da. l. iij. §. fin. plenè dixi. Accurſius.

g *Eam.* ſcilicet tantùm.

h *Debeat.* ſcilicet naturaliter: vt. ſ. de pecu. l. nec ſeruus.

i *Compenſare.* vt ſupra de pecu. lega. l. ſi peculium. §. ſicut autem. & ſupra de compen. l. etiã quod natura.

k *Non ſtaret.* quia offerebat: vt. C. de condit. inſer. l. fin. & facit ſupra de condit. & demonſt. l. cum ita datur libertas. ij. & iij. reſpon. & infra eo. l. Stichum Titio. §. penult.

l *Conſtituto.* quaſi dicat non teſtatoris voluntate, ſed iure ſupplente eam.

m *Potius iure.* non ex volũtate teſtatoris, ſed ex iure ſupplente eam.

n *Eidem legatũ ſit.* præter libertatem.

o *Habiturus eſt.* conditionis defectu: vt ſupra de condit. & demonſt. l. in teſtamẽto. nam ſic eſt & in aliis pecuniariis relictis, vt deficiant deficiente conditione ſub qua relicta ſunt: vt ſubiicit, &c. C. de condi. inſer. l. legatum.

p *Ex teſtamento.* id eſt ex voluntate defuncti ſola, non iure conſtituto. M.

q *Heredis heredi.* quia heres heredis, &c. vt. C. de hered. inſtit. l. fina. & de vſufruct. l. antiquitas. & infra de verb. ſignifi. l. heredes. & ſupra eod. l. ſi ſtatulibera. §. ſi filiusfami. & l. mortuo. & infra eod. l. ſeruus ſi heredi. in princip. & . C. de leg. l. in annalibus.

r *Dicendum eſt.* vt & eius heredi poſſit dari: aliàs ſecus: vt ſupra de condit. & demonſt. l. ſub diuerſis. §. fin. vel etiam aliter, vt ibi notauimus.

ſ *Dantur.* vt. ſ. de ope. liber. l. j.

t *Igitur.* à ſimili: & dic iuſſum vſque ad. x. annos. x. aureos dare, & liberum eſſe: & ipſe quolibet anno dedit vnum.

A u *Neceſſario.* ſed aurei ex voluntate ſic diuiſim ſoluuntur. nam etiam primo anno poſſunt omnes ſolui: & erit liber: vt hîc innuit per hoc quod dicit, alia. & ſupra de manumiſ. teſta. l. ſi ita fuerit. in fin. & ſupra eo. l. ſtatuliberos. §. Stichus.

x *Noluerit.* ſcilicet vnam operam, vel omnes ei antè tempus oblatas. Accurſius.

y *Idem.* vt tacitum tẽpus intelligatur.

z *Ire.* eodem tempore.

a *Potuiſſet.* vt infra eodem. l. ſeruus ſi heredi. §. imperator. ſic & in ſtipul. tempus ſcilicet tacitè intelligitur propter locum: vt inſtit. de verborum oblig. §. loca etiã. & infra de verborum obliga. l. eum qui kalendis. §. quotiens. & l. continuus. §. cùm ita. & niſi in caſu: vt infra eodem titu. l. fina. §. ſi inter eos.

b *Non enim contra.* id eſt contra voluntatem defuncti eſſet, ſi non permitteremus eum manumittere & habere libertum. & facit ſupra eo. l. ſi quis ita. in princ. Accurſius.

c *Manumittere.* Not. optimum ex duobus contrariis temperamẽtum: & ſic facit ſupra de interrog. actio. l. & quia. & infra de verbo. obligat. l. eum qui kalend. & l. continuus. in princip. & . §. cum ita. & . §. illud. & de ſolu. ratum. & . l. quod dicimus. & rem ra. ha. l. quo enim. §. Iulianus. & ſupra de negot. geſt. l. diuortio. & ſupra de condict. ob cau. l. ſi pecuniam. §. fi. & l. ſi quis cau. l. ij. §. penult.

d *Tempus adiectum.* puta annus. ad quod facit. ſ. de condic. ab cauſam. l. iij. §. j. Accur.

A beros eſſe iuſſit æquè cum hac adiectione, ſi rationes heredi reddiderint. quæro cùm per heredem fiat quò minus[m] reddantur, vtrum ſtatuliberi eſſe deſinant,[n] an nihilo minus quandoque poſſint reddita ratione & reliquis illatis libertatem ex teſtamento conſequi, Reſpondit, legata quidem & libertates non aliàs competere, quàm rationes redditæ eſſent, aut per heredem ſtaret quo minus redderentur. Verùm iudicaturo æſtimandum, vtrum tempus conditioni legatorum libertatiúmque additum videatur:[o] an libero tempore[p] reddere volentibus reliqua heredibus, quatuor menſes appoſiti ſint,
B ſolicito teſtatore cunctationi,[q] † & moram eorum[r] proſcribente. Melius[ſ] autem eſt, præſumptionem pro ſtatuliberis eſſe. Argentarius coactor[t] cum penè totam fortunam in nominibus* haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit: *Quiſquis mihi heres erit, ſi Dama ſeruus meus actus ſui qui agitur nomine eius & Pamphili conſerui ſui, heredíque meo rationes reddiderit, pariáq;*[u] † *fecerit à die mortis meæ intra menſem ſextum, liber eſto.*[x] Quæſitum eſt, an hæc verba, *pariáque fecerit*, ad omnia nomina pertineant, exceptis per-
C ditis,[y] vt hoc ſignificent, ſi omnem pecuniam ab omnibus exegerint, & heredi ſoluerint, vel eo nomine ſatisfecerint: & ſi in exactione nominum ceſſauerint intra ſex menſes, libertas illis non competat. Reſpondit, manifeſtam eſſe conditionem verbis teſtamenti ſuprascriptis poſitam: igitur ita demum liberos fore, ſi aut ei pareant, aut per heredem ſtet quò minus pareant.

XLI. Labeo *libro primo Pithanon à Paulo Epitomatorum.*

Si quem ſeruum tuum ad certum tempus ſtatuliberum relinquere vis, nihil intereſt vtro modo caueas, *ſi ſer-*
D *uierit:*[z] an, *ſi triennio operas dederit, liber eſto.* Paulus. Si quis liber eſſe iuſſus fuerit ſi decem heredi promiſiſſet: quamquam ea promiſſio nullam rem habitura eſt, tamen promittendo liberabitur.[a]

XLII. Idem *libro tertio Pithanon.*

Si quis eundem hominem vxori ſuæ legauerit, & cum ea nupſiſſet, liberũ eſſe iuſſerit, & ea ex lege[b] * nupſerit: liber fiet is homo.

QVI SINE MANVMISSIONE ad libertatem perueniunt.

TITVLVS VIII.

Si ſeruus vẽditus eſt hoc pacto vt intra annum fiat liber, & venditor & emptor deceſſerint: ſeruus iſte intra annum liber erit. hoc dicit.

q *Cunctationi.* id eſt procraſtinationi. Accur.

r *Eorum.* ſtatuliberorum. vel dic, heredum qui plerunque ſunt in mora recipiẽdi: vt. ſ. eo. l. ſeruus ſi heredi. §. imperator. Accur.

ſ *Melius autẽ eſt.* in dubio: vt ſcilicet etiam poſtea audiantur. Acc.

t *Argentarius coactor.* i. collector nominũ: nec enim relinquit niſi vni.

u *Pariáque.* i. computauerit & ſoluerit, ſic q[uod] hinc indè nihil debeatur. ſic ponitur. ſ. de cõdic. indebi. l. ſi. §. pe.

x *Liber eſto.* alias cum Pamphilo ſocio: vt cõueniant ſequẽtia: vt & ſupra de condit. & demon. Iulius Paulus.

y *Perditis.* alias nõ habetur in text. quanquã gręc[i] i[n]terpres agnoſcat.

S I quem ſeruum.] Casvs. Si volo relinquere libertatem ſeruo meo poſt tẽpus dãdam, poſſum: vt ſi dicam: Stichus ſit liber ſi triennio ſeruierit heredi meo. vel ſic, ſi triẽnio dederit operas heredi meo. Secundò dicit: Reliqui libertatẽ Sticho ſi promiſerit ſe. x. daturũ heredi meo. dicitur quòd promittendo liber fit, licèt promiſſio non habeat effectum. Accur.

z *Seruierit.* ſ. triennio. & ſic eſt. ſ. eod. l. ſeruus qui teſtamento. §. fin.

a *Liberabitur.* vt & ſupra eo. l. Stichus ſi heredi. vbi plene dixi.

S I quis.] Casvs. Legaui Stichum vxori meæ: & eidẽ Sticho legaui libertatẽ cũ vxor mea nupſerit. dicitur q[uod] ipſa nubente legitimè hic ſeruus ſit liber. Frã.

b *Ea ex lege.* id eſt ſe-

† cunctationem.

* Alciat. lib. I. parerg. ca. 24. ſcheduli Græci.

† i. nihil reliqui habuerit, vt transferunt Græci libro. 4. βασιλ. tit. 6. Vide Ant. Aug. lib. 4. ca. 12.

* Græci interpretes ad legem Iuliã Miſcellã retulerunt.

cundum legẽ.ad quod eſt.ſ̃.de condit.& demonſt.l.hæc conditio filiæ,&c.&.C.de infami.l.decreto.Accur.

QVI SINE MANVMISSIONE ad libertatem perueniunt.

Lib. 48 βασ. tit. 6.

ſine manumiſſione liberi id eſt libertini fiunt qui ipſo iure liberi fiũt ex S. C. vel Cõſtitutione aliqua, quorũ exempla ſuppeditat hic titulus. Cuiacius.

I. PAVLVS *libro quinto ad Plautium.*

SI ſeruus venditus eſt, vt intra certum tẽpus manumitteretur: etiam ſi ſine herede deceſſiſſent & venditor & emptor, ſeruo libertas competit.[a] & hoc diuus Marcus † reſcripſit. Sed & ſi mutauerit venditor voluntatem, nihilo minus libertas competit.[b]

II. MODESTINVS *libro ſexto Regularum.*

SEruo quem pro derelicto dominus ob grauem infirmitatẽ habuit, ex edicto diui Claudij cõpetit libertas.[c]

Tranſacto tempore poſt quod ſeruus vẽditus eſt hac lege vt manumittatur: ſeruus efficitur liber. hoc dicit. ll. ſequen. non ſummantur, quia breues.

III. CALLISTRATVS *libro tertio de Cognitionibus.*

EVm qui ita venit, vt intra tempus manumitteretur: cũ dies præſtandæ libertatis venerit viuente venditore, & perſeuerante in eadem volũtate,[d] perinde haberi, ac ſi ab eo à quo debuit manumitti,[e] manumiſſus eſſet: mortuo autem venditore, non eſſe heredum eius voluntatem explorãdam diuus Marcus cum filio ſuo reſcripſit.

IIII. VLPIANVS *libro tertio ad Sabinum.*

EI qui* hac lege emptus ſit, vt à viuo emptore manumittatur, ſtatim mortuo eo[f] competit libertas.

V. MARCIANVS *libro quinto Regularum.*

QVi ob necem domini detectã præmium † libertatis conſe-

SI ſeruus.] CASVS. Vẽdidi tibi ſeruum hoc pacto, vt intra certum tempus puta intra annũ manumittas. deceſſiſti ſine herede antequam manumittas: & ego deceſſi. dicitur ꝙ ſeruus ſit liber lapſu anni. idẽ & ſi ego venditor adhuc viuo, & pœniteo: nam adhuc ſit liber. Fran. Accur.

† Ad Aufidium Victorinum l. 2. C. Si manci. ita fuer. alienat.

a *Competit.* ſtatuto tẽpore veniente. Accur.

b *Libertas competit.* non ergo poteſt mutare. & ſic eſt cõtra. ſ̃. de ſeruis expor. l. iij. & C. ſi man. ita fue. alie. vt ma. l. j. & l. fi. in fi. & ĩ. eo. l. eum. So. hîc mutauit: & poſtea ſine herede deceſſit vterque: quod non fuit in contrariis: vel mutauit hîc poſt iam præſtitam libertatem. Alij dicunt ꝙ licet nõ debeat manumitte poſt pœnitentiam, ſi tamẽ manumiſit, tenet: vt hîc. vel ſolue vt ibi. & facit. ſ̃. de ſer. expor. l. quæſitũ.

SEruo.] CASVS. Dominus ſeruum ſuum ægrotantem deiecit extra domum. ſeruus ſit liber. Franc.

c *Cõpetit libertas.* vt. C. de Lati. lib. tollen. §. ſed ſcimus. Sed cõtra. ĩ. pro dereli. l. fina. & de ſtipu. ſer. quod ſeruus. quibꝰ dicitur cõcedi occupãti. Sol. hîc languens: ibi non. & facit in auth. de nup. §. & multò potius. &. C. de epiſ. audi. l. nemini.

* Si quis hac in vulg.

† Cõtra qui per ignauiam nõ detegit, neque vlciſcitur. puniendus eſt. Plato dial. 9. de legib.

EVm qui.] CASVS. Vẽdidi tibi Stichũ hoc pacto vt eum intra annum manumittas: venit annus, & non manumiſiſti: & ego venditor in eadem voluntate perſeuero. dicitur quòd ſeruus ſit liber, ac ſi eum manumiſiſſes. Sed ſi ego vẽditor deceſſi, non requiritur voluntas heredis mei. Fran. Accur.

d *In eadem voluntate.* ſic ſupra de ſer. expor. l. iij. Sed contra ſupra e. l. j. Solu. vt ibi.

e *Manumitti.* ſcilicet ab emptore.

EI qui hac lege.] CASVS. Emiſti ſeruum hoc pacto vt antequã moriaris, eum manumittas. te mortuo, & nõ manumiſſo ſeruo, efficitur liber ex lege. Fran. Accur.

f *Mortuo eo.* facit ſupra tit. j. ſi quis ita. in princ.

QVi ob necem.] CASVS. Seruus qui factus eſt liber eo quòd accuſauit occiſores domini ſui, eſt libertus Orcinus: id eſt defuncti. Franc. Accur.

g *Orcinus.* id eſt directò manumiſſus: vt inſti. de ſin. re. per fideicõ. reli. §. libertas. & ſic defuncti. Sed contra ſupra de bo. liber. l. ſi necem. ſed ibi ſit nullius hominis, ſcilicet viuentis, ſed defuncti: vt hîc, & ſupra de ſuis & legiti. l. inteſtato. §. quòd ſi necem. & facit C. pro quibus cau. ſer. pro præmi. acci. lib. l. j.

SI quis obligatum.] CASVS. Seruum quem alicui obligauerã, generaliter cũ aliis meis bonis tibi vendidi hoc pacto, vt eũ manumittas. ſi tu non manumittas, tamẽ efficitur liber ex conſti. diui Marci, licèt hic ſeruus ſit obligatus. Idem & ſi emiſti ancillam hoc

A pacto ne eã proſtituas. nã ſi proſtitueris, efficitur libera. Fran. Acc.

h *Si quis obligatum.* generaliter inter cętera, aliàs ſecus: vt. C. de ſer. pig. da. manu. l. ab eo.

quitur, ſit Orcinus[g] † libertus.

VI. IDEM *libro ſingulari ad formulam hypothecariam.*

SI quis obligatum[h] ſeruũ hac lege emerit, vt manumittat: competit libertas ex conſtitutione diui Marci:[i] licet bona omnia quis obligauerit, quæ habet, habiturúsve eſſet. Tantundem[k] dicẽdum eſt & ſi lege hac emerit, ne proſtituatur, & proſtituerit.

VII. PAVLVS *libro ſingulari de libertatibus dandis.*

B IMperator noſter cũ patre ſuo conſtituit[l] in eo, qui cùm poſſit abducere[m] proſtitutam ancillam, pecunia accepta manus iniectionem vendidit, vt libera eſſet. Nihil enim intereſſe, ipſe abducas & proſtituas:[n] an patiaris proſtitutam eſſe pretio accepto, cùm poſſis eximere.

Quæ dicta ſunt in venditione ſerui vt liber fiat, habent etiam locum in donatione. hoc dicit.

VIII. PAPINIANVS *libro nono Reſponſorum.*

MAncipia mater filiæ donauerat, vt filia curaret ea poſt

C mortem ſuam[o] eſſe libera. Cùm donationis legi non eſſet obtemperatum: ex ſententia[p] conſtitutionis diui Marci libertatem obtingere matre conſentiente[q] reſpondi. quòd ſi ante filiam mater vita deceſſit, omnimodo.[r]

Lex præſens ponit caſum.

IX. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

LAtinus Largus vendidit ancillam ita, vt manumitteretur, non addito tempore. Quæro,

i *Diui Marci.* ad Aufidiũ. dic vt &. C. ſi man. ita fu. al. vt ma. l. j. &. ij. & erit emptoris libertus: vt. ſ̃. de in ius vo. l. ſed ſi hac. in princ.

† Quidã inter quos Turnebus Grãmaticus legendum putant orciuus per v.

k *Tãtundem.* vt ex cõſtitutione diui Hadri. perueniat ad libertatẽ: vt. C. ſi man. ita fu. alie. ne proſti. l. j. non autem vt ſit libertus emptoris: vt. d. l. ſed ſi hac. §. j. & C. de Lati. li. tollen. §. ſimiliqúe modo.

IMperator.] CASVS. Vẽdidi ancillam hoc pacto, ne eã proſtituas: alioquin liceat eam mihi abducere. dediſti mihi aliquã pecuniam ne eam abducam. dicitur quòd illa ancilla efficitur libera perinde ac ſi eam abduxiſſem & proſtituiſſem. Franciſ. Acc.

l *Conſtituit.* ſ. vt libera eſſet, quòd eſt. ĩ. Accur.

m *Abducere.* id eſt manus iniicere: quod ſic pepigerat. Accurſius.

n *Proſtituas.* quo caſu cõſtat eſſe liberã. Azo. vt. ſ̃. de in ius vocand. l. ſed ſi hac. §. j. &. C. ſi manci. ita fue. alien. ne poſti. l. j.

MAncipia.] CASVS. Mater donauit filiæ mancipia hoc pacto, vt filia curaret ꝙ hæc mancipia ſint libera poſt mortem eius filiæ. hæc filia deceſſit, nec manumiſit mancipia. dicitur quòd ſi mater donans adhuc viuit, illa mancipia erunt libera, ſi mater in eadem voluntate perſeuerat. ſi autẽ mater ſit mortua, tunc omnimodo mãcipia erũt libera. Frã. Acc.

o *Suam.* ſcilicet filiæ.

p *Ex ſententia.* nam verba locum habent in venditis tãtum: vt. C. ſi manci. ita fue. alie. vt. ma. l. j. Sed videtur contra infra de verb. oblig. qui Romæ. §. Flauius. ibi, item quæro, &c. vbi non contin-

D git libertas. Sol. vt ibi. & eodem modo ſolue vt infra de ſer. expor. l. ſeruus ea. quæ'eſt contra. §. quòd ſi.

q *Conſentiente.* id eſt in eadem voluntate durante. An autem poſſit mutare, dixi plenè ſupra eod. l. j.

r *Omnimodo.* id eſt non exquiſita voluntate heredum: vt ſupra. e. l. iij. in fi. Vel dic, nõ habita differentia an mater voluntatem mutauerit. arg. ſupra eo. l. j. in fi.

LAtinus.] CASVS. Vendidi tibi ancillã hoc pacto, vt eam manumittas: nec dixi intra quod tẽpus. quęritur per quantũ tempus expectetur emptor, vt ſi manumittat, bene ſit: ſi non manumittat, efficiatur libera. & certè diſtinguitur. nã aut eſt dictũ cùm primũ potueris eam manumittes: & tunc modicũ tempus expectatur. Si autem eſt dictũ, quando voles: hoc caſu inſpicitur mors emptoris: vt ſi emptor viuẽs nõ manumiſerit, tũc poſt mortẽ emptoris ancilla ſit libera. ſi autẽ nõ apparet quid ſit actũ: hoc caſu ſi ancilla & emptor ſunt pręſentes, expectabitur menſiũ tẽpus duorum. ſi autẽ ſeruus eſt abſens: tunc tẽpus quatuor menſium: intra quos ſi emptor nõ manumiſerit, ancilla efficietur libera. Frã. Acc.

a *Ex conſtitutionē.* diui Marci. Accurſius.
b *Moriente emptore.* ſic ſupra loca. l. locatio. Sed arg. cõtra infra de verb. obliga. centeſimis. §. fi.
c *Priorem.* i. prima: vt &. ſ. de præſcrip. ver. naturalis. §. at cum do. quæ ſtatim recipit interpretationē. Ioan dicit primam. i. meliorē. quæ illa ſit, dicit

QVI ET A QVIbus manumiſſi, liberi non fiũt: & ad legē Æliam Sentiam.

Hic titulus quandã contrarietatem reſpicit ad ſuperiorem: & ideò hîc ponitur.

Contra manumiſſione liberi non fiunt ſerui relegati ſi in vrbe morentur, & pignori dati, & qui à domino extorſerunt libertatem, & qui teſtatoris vel venditoris vel præſidis iuſſu prohibiti ſunt manumitti & ex lege Iulia manumiſſi à muliere dimiſſa & adulterij rea intra ſexageſimũ diē & ex lege Aelia Sentia manumiſſi à minore. xx. annis citra cõcilium, & manumiſſi in fraudē creditorũ vel patronorũ. Sed & alia legis Aeliæ Sentiæ capita notãtur in hoc titu. vt ius patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit amittatur, ſi patronus libertam iureiurãdo adigat vel ſi ſtipuletur ab ea ne nubat idémq; ſi libertũ, vel ſi obligauerit ſibi libertũ aut libertã in hoc vt operarum mercedē acciperet, & vt ſit actio ingrati aduerſus libertos. Quinq; igitur ad ſummã, & tria poſteriora repetita ex lib. 37. tit. penul. & vlt. ſed & magna pars huius tituli repetitã videtur ex primo, niſi quod hic aliquanto amplius explicatur qui & quibus ex cauſis manumittere nõ poſſunt. Cuia.

Incluſum deeſt in indice titu.

† Vide de hac. l. Aelia Sẽtia Angelum Politia. miſ. ca. 84. & Alc. li. diſpũ. 2. ca. 21.

d *Elſus.* aliàs incipit, vtilitatis. & aliàs, Celſus.

e *Surdum.* Quidam habẽt motus: ſcilicet Celſus. & ſic de ſurdo tantùm dicit. alij habẽt mutum ſurdũ, &c. & ſic eſt contra. C. qui teſtamē. fa. poſ. l. diſcretis. j. reſpõ. Sol. hîc ſeparatum erat vitium: ibi nõ. vel hîc à principe impetrauit: vt. ſ. de teſta. l. ſi mutus. & facit ſupra de teſta. mili. l. iii.

Seruo.] CASVS. Iudex relegauit ſeruũ propter delictũ ipſius ſerui. dominus iſtũ ſeruũ manumittit. nõ tenet libertas. Fran. Ac.

f *Libertas.* poſt ſententiam ſeruum relegatum, per ſententiam iudicis dominus manumiſit. non tenet libertas: imò eſt ei pœna augenda: vt infra de pœ. l. capitalium. §. in exulibus. & facit infra de pœ. fratres. ſed hæc pœna non videtur ſeruo conuenire: vt infra de accuſa. hos accuſare. §. omnibus. quę eſt contra. Solu. de facto hic iudex fecit. Vel dic tenet quò ad corporis cruciatum: non quò ad ciuitatem, cum nõ ſit ciuis. Vel ſolue vt ibi. Item videtur liber eo ipſo quòd Romæ ſtat: vt ſupra de ſta. homi. l. in vrbe. quæ eſt contra. Sol. vt ibi.

Si optio.] CASVS. Legaueras mihi Franciſco vnum de ſeruis tuis quem vellem. Vel ſic: Simpliciter vnum de ſeruis tuis mihi legaueras, non exprimendo quem. interim antequam eligam, heres tuus non poteſt aliquem de illis ſeruis manumittere, cùm ſinguli videantur mihi legati ſub conditione. Fran. Accur.

g *Indiſtinctè.* id eſt in genere, quo etiam caſu habet electionē legatarius: vt inſti. de leg. §. ſi generaliter.

quando ex conſtitutione a incipiat ei libertas competere ceſſante emptore in manumittẽdo. Reſpondi, Inſpiciendum eſt quid actum ſit: vtrum cum primùm potuiſſet, vt manumitteret: an vt in poteſtate eſſet emptoris, quando vellet manumittere. Priore caſu facilè tempus deprehendi poterit: poſteriore, vtique moriẽte emptore b competit libertas. ſi non appareat quid cõuenerit, fauor priorem c inducet opinionem: id eſt vt intra duos menſes, ſi ambo pręſto ſunt, tam ſeruus quàm emptor eius. Seruo enim abſente, niſi emptor intra quatuor menſes impoſuerit libertatem: ex cõſtitutionibus ad libertatem eripitur.

QVI ET A QVIBVS manumiſſi liberi non fiunt: [&] ad legem Æliam Sentiam: †

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

Celſus d libro duodecimo digeſtorum vtilitatis gratia motus ſurdũ e ita natum manumittere poſſe ait.

II. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

Seruo competere nõ poteſt libertas, f ſi relegatus moratus ſit in vrbe.

Electio data in teſtamento legatariis impedit libertatem dari ſeruis.

III. GAIVS *libro ſecundo de legatis ad Edictum vrbicum.*

Si optio hominis data ſit, vel indiſtinctè g homo legatus ſit: non poteſt heres quoſdam ſeruos vel omnes manumittendo, aut euertere h aut minuere i ius electionis. Nam optione ſiue electione ſerui data, quodammodo ſinguli ſub conditione k legati videntur.

IIII. VLPIANVS *libro tertio Diſputationum.*

Seruum l pignori datum manumittere non poſſumus.

V. IVLIANVS *libro ſexagenſimoquarto Digeſtorum.*

Cum hereditas ſoluendo non eſt: quãuis heres locuples m exiſtat, libertas n ex teſtamento [non] competit. Si autem is qui ſoluendo non eſt, hoc modo libertatem dederit: *Si creditoribus meis ſolidum ſolutum fuerit, Stichus liber eſto*: non poteſt videri fraudandorum creditorum o * liberos eſſe iuſſiſſe. Si Titius nihil amplius in bonis quàm Stichum & Pamphilum habeat, eóſque ſtipulanti Mæuio ita promiſerit, p *Stichum aut Pamphilum dare ſpondes?* deinde cum alium q creditorem non haberet, Stichũ manumiſerit: libertas per legem Æliam Sentiam reſcinditur. r Quamuis enim fuit in poteſtate Titij, vt Pamphilum daret: tamen quamdiu eum non dederit, quia interim mori poſſit, ſ nõ ſine fraude ſtipulatoris t Stichum manumiſit. Quòd ſi ſolum Pamphilum dari promiſiſſet, non dubitarem quin Stichus ad libertatem perueniret: quamuis ſimiliter Pamphilus mori poſſit. Multùm enim intereſt, contineatur ipſa ſtipulatione is qui manumittitur: an extra obligationem ſit. Nã & qui ob aureos quinque Stichum & Pamphilum pignori dederit, cùm vterque eorum quinûm aureorum ſit: neuter manumitti u poteſt. At ſi Stichum ſolũ pignori dederit, Pamphilum non videtur in fraudem creditoris manumittere.

h *Euertere.* manumittendo omnes.
i *Minuere.* manumittendo omnes, vel quoſdam.
k *Sub conditione.* vnuſquiſq; enim ita videtur mihi legatus, ſi velim: & ſic non poſſunt manumitti: vt. j. eo. cũ is. & ſupra de manu. l. ſeruum. Item no. differentiam a inter eũ qui habet optionem à teſtante, & eum qui habet à lege: licet hæc. l. parificet: vt notatur ſupra de optio. lega. l. ij. in princip. Accurſius.

a] Tu vide de hac differẽtia gl. & doct. in cle. quocirca. & ibi Cardi. de elec. & in c. ſi compromiſſarius. e. tit. lib. 6.

l *Seruum.* Adempta eſt nobis licentia manumittendi aliàs lege, vt in minore: aliàs noſtra volũtate efficiẽte: vt hîc. Azo. &. ſ. de manu. l. iij. &. C. de ſer. pig. da. l. iij. &. j. de pœ. l. fratres. in fi.

Cum hereditas.] CASVS. Debitor plurium exiſtens nõ ſoluẽdo, in fraudem creditorũ non poteſt relinquere libertatē ſeruis ſuis: licet quendã diuitē heredem ſibi faciat. ſed ſi ſic relinquat, ſerui mei ſint liberi cum creditoribus meis erit ſatisfactum: bene tenet.] SI TITIVS.] Promiſiſti mihi Stichum aut Pamphilum. aliquem eorũ non potes interim manumittere: licet ſi ſolueris vnũ, alium bene poteris manumittere. ſecus ſi vnum tantũ promiſeris, puta Pamphilũ. nã Stichũ bene poteris manumittere. ſic & ſi obligaſſes mihi Stichũ & Pãphilum pro quinque quæ mihi debebas. nã interim nullũ eorũ poteris manumittere. & hæc ſunt vera de debitore qui nihil aliud in bonis habebat. ſi autē alia bona præter iſtos ſeruos habebat: tũc vnum de his poterit manumittere: cũ & vno de ſeruis mortuo vel manumiſſo, ſoluendo ſit. nec aduẽticij caſus ſpectãdi ſũt. nã ſi ſpectares: iã qui de ſeruis ſuis vnũ incertũ promiſiſſet, nõ poſſet manumittere aliquē de ſeruis. quod eſt falſum. &. h. d. hic. §. cum. l. ſeq. Frã. Acc.

* Subaudi gratia.

m *Locuples.* ex aliis propriis ſuis bonis.
n *Libertas.* in fraudem creditorum relicta. & facit. C. de te. ma. l. in fraudem. & infra eo. l. ſi mortis. in princ. &. §. j.
o *Creditorum.* vt ſupra de manumiſſis teſtamen. l. ſi quis locuples. in fi. vbi plenè dixi.
p *Promiſerit.* ſtipulanti Stichum, &c.
q *Alium.* ſcilicet quàm iſtum ſtipulatorem.
r *Reſcinditur.* ſpeciale: quia ambo ſunt in obligatione: & quia alter facile poteſt mori: aliàs contra, cum nec prius nec poſt manumiſſionem interuenerit re ipſa fraus: vt. j. eo. l. in fraudem.
ſ *Poſſit.* Nota debere inſpici qđ eſt ex pręſenti, nõ qđ ex futuro. b ſic. ſ. quod metus cauſa. l. metũ autē præſentē. &. j. qđ vi aut clã. l. ſi alius. §. eſt autē. & de re iudicata. ſi qs ab alio. &. j. l. proxima. Acc.
t *Stipulatoris.* No. vtrũque alternatiuorum eſſe in obligatione. ſic. j. de fideiuſ. græcè. §. ſi qui Stichum. &. ſ. de mino. & ſi ſine. in prin. & dixi ſupra de conſti. pecu. l. illud.
u *Neuter manumitti.* ſic infra de fur. eum qui. §. Papinianus. & continua

b] Cõc. text. in. c. quod ad conſultationē. cũ ibi no. extra de re iudi. & in ca. 1. de reſt. ſpol. lib. 6.

continua.l.ſequen.cum iſta.

a *Iulianus de eo*.ſcilicet promiſſore in ſuperiori.l.§.fin.Accur.

b *Nihil aliud*.præter Stichum & Pamphilum.

c *Soluendo eſt*. ſunt hæc duo ſimilia quo ad hoc vt de bonis exeat: vt.j.de ſol.l.ſi mihi alienum.

d *Aduenticij*. Not.ſic j. de re iudica. ſi quis ab alio. & ſupra de in lit.iur.l.j. Sed arg.contra ſupra de neg. geſt.l. diuortio. §. ſed & ſi facere &c.

e *Neminem manumittet*. quod eſt falſum.ſed cur ſecus in legato in genere: vt ſupra eodē.l.ſi optio? Reſpon. quia ibi habet vindicationē legatarius, quam hîc habet promiſſor.

Græcus interpres hanc legē, tribuit Celſo in libris Digeſtorum.

Si quis.] CASVS. Titius exiſtens debitor multorum, & ſoluendo, fecit teſtamentum: & in eo teſtamento confirmauit codicillos quos faceret. antequam faceret codicillos, effectus eſt nō ſoluendo, & in his codicillis reliquit libertatē ſeruis ſuis ſciens ſe non ſoluendo, & ſic in frau. cre. an hæ libertates valeant, quęritur. Et dicitur quòd non. rationē dubitationis habes in litera. [MINOR.] Minor.xx.an. cum non haberet iuſtam cauſam manumittēdi ſeruum, vendidit eum mihi hoc pacto vt eū manumittā. dicitur quòd nō valet hoc pactum, cùm in fraudē legis Æliæ Sentiæ ſit factum.Fran.

* Incertum.

† quo.

* quo.

† In vita. nā teſtamento potaſt. Græci hîc.

f *Facultatibus*. exiſtentibus.

g *Confirmauit*.teſtamēto. quod non erat neceſſe, cùm poſtea fiant: ſecus ſi antè, ſecundùm hæc iura: vt.s.de iu. co. l.ſi quis cū.§.teſtamento.&.l.antè tabulas.

h *Datur*.ſic.s.de teſta. manu.l.j.

* fraudādorum credito rum.al.in fraudem creditorum.

i *Minor*. facit.s.de ſer. expor.ſi minor.Sed cōtra.s.de manu. l.iiij. §. ſed & ſi minor.Solu.vt ibi. Item facit ſupra de man.vind. illud.§.j.ſed ibi ſol.

Cum is qui.] CASVS. Heres ſeruum ſub conditione legatum interim manumiſit.dicitur quòd libertas non tenet. Secūdo dicit: Miles iure militari fecit teſtamentum, in quo in fraudē creditorum reliquit libertatem ſeruis ſuis: & non erat ſoluendo. non tenet libertas.Fran.Accur.

k *Debet*.ſeruum, & ex teſtamento .ſi autem ex contractu inter viuos: poſſet interim manumitti.& ad æſtimationem tenetur: vt infra de verbo.obli.ſi ſeruum.§.ſed ſi ſit.

l *Manumittat*.pendente conditione.

m *Fideicommiſſi cauſa*.hoc determinat vel verbum debet, vel verbum manumittat: vt quia ab alio fuit rogatus.

n *Locum non habet*.conditione exiſtente, ſecundum quoſdam. Tu dic ſimpliciter nō tenere libertatem: vt.s.e.l.iij.&.j.e.l.generali-

Teſtator ſi teſtamento ſuo confirmat codicillos poſtea ab eo cōficiendos: & efficitur non ſoluendo teſtamēto facto: libertates datæ in codicillis non valēt, ne fraudentur creditores.

VI. SCÆVOLA *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

IVlianus de eo [a] loquitur, qui in ſubſtantia nihil aliud [b] habeat. Nam ſi habeat, quare non dicetur vnum poſſe manumitti? quia & vno mortuo ſoluendo eſt, [c] & vno manumiſſo ſoluendo eſt: nec aduenticij [d] caſus computandi ſunt: alioquin & qui vnum & certum * ex ſeruis ſuis promiſit. neminem [e] manumittet. B

VII. IVLIANVS *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

SI quis integris facultatibus [f] codicillos confirmauit: [g] deinde cùm conſilium creditorum fraudādorum cepiſſet, libertates codicillis dederit: obtineri nō poteſt quò minus lege libertates interpellarentur. Nam conſilium teſtatoris fraudulentum nō eo tempore obſeruatur, quod †codicilli confirmantur, ſed quod * libertas codicillis datur. [h] C

Quod vna via prohibetur: prohibetur & alia.h.d.

Minor [i] annis viginti cum ſeruum manumittere † vellet, nec iuſtam cauſam ad conſilium manumittendi haberet: tibi eum vt manumitteres dedit. Negauit eum Proculus liberum eſſe: quoniam fraus legi facta eſſet.

VIII. AFRICANVS *libro tertio Quæſtionum.*

CVm is qui ſub conditione debet, [k] manumittat [l] fideicōmiſſi * cauſa, [m] lex Ælia Sentia locum habet. [n]

Nec milites poſſunt in fraudē creditorum libertatem relinquere.hoc dicit.

Si miles iure militari teſtamento facto libertates dederit in fraudem creditorum, & non ſoluendo moriatur: impediuntur libertates.

IX. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

ILle ſeruus liber non erit [o] qui coëgerit vt eum dominus manumittat, & ille perterritus ſcripſit liberum eum eſſe. Item nec ille liber fieri poteſt, [p] qui à domino non eſt defenſus in capitali crimine, poſteáque abſolutus eſt.

Qui hac lege [q] venierint, ne manumittantur, vel qui teſtamēto prohibiti ſint manumitti, vel iuſſu præſidis prouinciæ, licèt manumittantur, tamen ad libertatem non perueniunt.

X. GAIVS *libro primo rerum cottidianarum ſiue aureorum.*

IN fraudem creditorum manumittere videtur qui vel iam eo tempore quo manumittit, ſoluendo non eſt: vel datis libertatibus deſiturus eſt ſoluēdo eſſe. [r] Sæpe enim de facultatibus ſuis amplius quàm in his eſt, ſperant homines: quod frequenter accidit his qui tranſmarinas negotiationes, & aliis regionibus quàm in quibus ipſi morantur, per ſeruos atque libertos [ſ] exercent: quòd † ſæpè attriti iſtis negotiationibus longo tempore id ignorant, & manumittendo ſine fraudis conſilio indulgent ſeruis ſuis libertatem.

XI. MARCIANVS *libro tertio decimo Inſtitutionum.*

IN fraudem ciuitatium manumiſſi, ad libertatem nō veniūt, vt ſenatus cēſuit. Sed nec in fraudem fiſci datas libertates procedere, principalibus conſtitutionibus cauetur. [t] Sed diui fratres reſcripſerunt: Non vtique ſi debitor fiſci manumiſerit, [u] libertates impediuntur: ſed ita, ſi cùm non erat ſoluendo, in fraudem manumiſit. D

ter.§.fi.&.s.de manu.ſeruū.& arg.s.queād.ſer.amit.l.is cui.§.fin.

A *Ille ſeruus.*] CASVS. Dominus metu à Seio ſibi illato ſeruum manumiſit, nō tenet libertas. Secundò dicit: Dominus nō defendit ſeruum accuſatum de aliquo crimine: ſeruus tamē ſe bene defendit: & abſolutus eſt. nō fit propter hoc ſeruus liber. Tertiò dicit: Emptor qui emit ſeruū hoc pacto, ne eū manumittat: manumittere non poteſt. idem de herede prohibito à teſtatore ne ſeruū manumittat. idem de quolibet domino ſerui ꝓhibito à iudice ne ſeruum manumittat: nam manumittere non poterit: & manumiſſus de facto, non efficitur liber. Fran.Accur.

o *Ille ſeruus liber non erit*.ſic.j.eo. ſi priuatus. Sed contra.s.quod me. cau.l.metū. §. idē. Solue vt ibi.

p *Fieri poteſt*. hac ratione, quòd non defenditur: vt ſupra de ſtat. homi.ſeruus.vbi plene no. Item not. quòd poteſt eum defendere dominus: vt hîc, & infra de accu. ſi cui. §. idem imperator. quod intellige vt ibi pro eo faciat: vt Co. de accu. ſi cuiuſdam. Item videtur quòd de capitali non poſſit accuſari: vt infra de accu. hos accuſare. §. fina. quæ eſt contra. ſed hæc ſecundùm illam.

q *Qui hac lege*. facit ſupra de manu.l.ſeruus hac lege. & C. qui non poſ.ad liber.peru.l.j. & ij.& C.ſi manci. ita fue. ali.l.ea quidem.Sed cōtra.C.de cōdic. ob cau. l.ea quidem. Sol.plenè vt ibi no.

† In archetyp.quid aut legendū affirmatiue quid: aut qui.

In fraudem creditorū.] CASVS. Qui manumittit in frau. credi. non tenet manumiſſio. & ille dicitur manumittere in fraudem, qui vel tempore quo manumittit, non ſit ſoluendo: licèt nō habuerit animum fraudandi creditores: vel quia ſperabat plus habere in bonis quàm habeat. Itē debitor ciuitatis ī fraudem eius manumittere non poteſt. idem de debitore fiſci. & hoc eſt verum ſi non ſit ſoluendo: aliàs autem debitor fiſci bene poteſt manumittere. & hoc dicit hæc.l.cum ſeq.Fran.Accur.

r *Soluendo eſſe*.vt inſti.qui.ma.nō licet.§.in fraudē.exigitur etiam quandoque fraus: vt no.C.qui ma.non poſ.l.j.& facit.j.l. proxi. Sed argu.contra.C.de reſcin. vend. quiſquis. ADDITIO Solue ſecundū Bart.hîc ꝙ ibi patrimoniū erat de propinquo in rebus immobilibus: hic ſecus. Quādo autē quis præſumatur ſuū patrimoniū ſcire, vide per Bart.in auth.ſed cū teſtator.C.ad.l. Falcid.

ſ *Libertos*.aliàs liberos, & aliàs libertos.

t *In fraudem.Cauetur*.vt infra de iur.fiſ.l.in fraudem. §. à debitore.Accur.

u *Manumiſerit*.vt & C.de ſer.pigno.da.ma.l.ij.& non ſit lapſum

decẽnium:vt infra.e.l.ſi cum fideicom.lib.§.Ariſto.&. §.ſicut.

P*Roſpexit*.] CASVS. Cùm maritus inueniret vxorem ſuam cum ſcholari,diuertit ab ea, & accuſat eam de adulterio . dicitur ꝙ in quadam lege cauetur ne vxor poſſit manumittere vel alienare ſeruos intra certũ diem.ſ.ſexageſimum . & hoc ſtatutũ ideo fuit, ne ſerui quæſtioni ſubducantur.& hoc intelligas etiã de illis ſeruis mulieris qui ſtabãt in villis, & etiam de his quos poſt repudium acquiſiuit bono vel malo modo . [PATER VERO.] Item pater itẽ mater huius vxoris prohibetur ſeruos vendere vel manumittere quos cõceſſerat ei filiæ in vſum eiuſdẽ. De ſeruis aui vel auię tandem dicit: quod tempus ſit iſtud intra quod prohibetur alienatio vel ma. numiſſio.& certè eſt tẽpus duorum menſium. duobus ergo menſibus elapſis poſſunt manumitti,licèt nondũ finita ſit cauſa adulterij:exceptis ſeruis qui iam erãt deſtinati tãquam cõſcij vel quaſi nocẽtes huius criminis:qui nõ debent manumitti niſi finita cauſa adulterij . Poſtea dicit : hæc quæ dixi de patre vel de matre, habẽt lòcum etiam ſi hæc filia deceſſit intra duos menſes, vel dic . etiam ſi ipſe pater vel mater decedat intra duos mẽſes:vt ſerui eius nõ poſſint ĩterim alienari, vel legari . ſi autẽ intra hoc tẽpus manumittat : tenet poſt lapſum tẽpus. Sed pone quod maritus deceſſit intra duos menſes. adhuc ſerui nõ poſſunt manumitti.nec eſtvis ſiue ipſa repudiauit virum , ſiue econtra.ſi autẽ morte mariti vel bona gratia ſolutum ſit matrimonium: manumiſsio vel alienatio non impedietur. Sed pone quòd cõſtante matrimonio mulier dum diuortiũ cogitat, vendidit vel manumiſit ſeruos, & poſtea repudiauit virũ: & nunc vir eam accuſat de adulterio . reuocabitur iam præſtita. Vltimò dicit ꝙ verbo alienationis, omnis alienatio cõtinetur.& hoc dicit hîc.§.cum.l.ſeq.& ſeq.Franc.Accur.

* al.quarto.

† Bal.in. l. 1. col. 1. iſtum text. reputat ſin ad hoc, quòd ex tacita l. ratione non poſſumus perimere formã ipſius legis in caſib.formaliter diſpoſitis. & Bal.ibi iſtam l. dicit vulgatã. Bol.adde tamen quòd Bol.Bald.allegat vitioſe: quia eſt ĩ l 1. vbi. ſ. & alleg.in. l.2.

* Sic edidit Taurell. cũ eſſet in archetypo,paruit.

† Flo. præſtitiſſe.

Lex quæ generaliter loquitur: ex defectu rationis non reſtringitur, vt lucri amiſſio euitetur. Bartolus.

XII. VLPIANVS *libro quinto* de Adulteriis.*

PRoſpexit [a] † legiſlator [b] ne mancipia per manumiſsionem quæſtioni ſubducantur : idcircòque prohibuit ea manumitti : certùmque diem [c] præſtituit, intra quẽ manumittere non liceat. Ipſa igitur quæ diuertit, omnes omnimodo ſeruos ſuos manumittere vel alienare [d] prohibetur : quia ità verba faciunt, vt ne eum quidem ſeruum qui extra miniſterium eius mulieris fuit, vel in agro, [e] vel in prouincia , poſſit manumittere vel alienare : quod quidem perquam durum eſt:ſed ita lex ſcripta eſt. [f]

Sed & ſi poſt diuortium ſeruum mulier parauit, [g] * aut alia ratione adquiſiit : æquè, quod ad verba attinet, manumittere non poterit . & ita Sextus quoque Cæcilius annotat. Pater verò in cuius poteſtate filia fuerit, ea tantùm mancipia prohibetur manumittere, alienaréve , quæ in vſum filiæ [h] fuerunt tributa. Matrem quoque prohibuit manumittere [i] alienaréve ea mancipia quæ in miniſterium filiæ conceſſerat . Sed & auum & auiam prohibuit manumittere, cùm horum quoque mancipia quæſtione poſtulari poſſe lex voluerit. Sextus Cæcilius rectè ait, anguſtiſſimum [k] tempus legem præſtituiſſe † alienandis manumittendíſve ſeruis . Finge, inquit, ream adulterij intra ſexageſimum diem poſtulatam: quæ adulterij cognitio tam facilè expediri poterit, vt intra ſexageſimum diem finiatur ? [l] Et tamen licere mulieri , quamuis poſtulatæ adulterij , ſeruum ſuſpectum [m] in adulterio, vel quæſtioni [n] * neceſſarium, quòd ad verba legis attinet , manumittere . Sanè in hunc caſum ſubueniendum eſt, vt deſtinati ſerui quaſi conſcij vel quaſi nocentes, [o] non debeant manumitti ante finitam cognitionem: [p] Pater mulieris vel mater ſi intra ſexageſimum diem decedent, [q] ex his ſeruis quos in miniſteriũ filiæ dederint, neque manumittere,neque alienare [r] poterunt.

XIII. PAVLVS *libro tertio de Adulteriis.*

QVòd ſi vltra [ſ] † diem ſexageſimum manumiſerint: erit ſeruus ſtatuliber.

XIIII. VLPIANVS *libro quarto de Adulteriis.*

SEd ſi maritus intra ſexageſimum diem deceſſerit : an manumittere vel alienare iam poſſit ſupraſcriptas perſonas , videamus. Et non puto poſſe, quamuis accuſatore mulier deficiatur marito : cùm pater accuſare [t] poſſit. Et ſimpliciter quidem lex mulierem prohibuit intra ſexageſimũ diem diuortij manumittere. Siue autem diuertit, ſiue repudio dimiſſa [u] ſit,manumiſſio impedietur . Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimonium,vel aliqua pœna : [x] eius manumiſſio non impedietur . Sed & ſi bona gratia [y] * finierit matrimoniũ:dicetur manumiſſionem vel alienationẽ non impediri. Sed & ſi conſtãte matrimonio mulier dum diuortium cogitat, manumittat [z] vel alienet, & hoc dilucidis probationibus fuerit approbatum, quaſi in fraudem legis hoc factũ ſit:non debet alienatio valere vel manumiſſio. Alienationem [a] omnem omnino accipere debem⁹.

a *Proſpexit*.ſtatuendo.Accur.

b *Legiſlator*.ſcilicet legis Iuliæ de adulte.vt Co.ad legem Iul . de adult.l.verba.quis autem fuit hic lator,habes.j.de adult.in prin. tit.Et ſic not.prohibitionẽ alienationis alicuius rei poſſe fieri ex cauſa à iudice.ſic.j.de polli.l.de pollicitationibus.&.ſ. de curat. furi.l.Iulianus. &.j.pro emp.l.qui fundum.§.qui ſciens.

c *Diem*.ſexageſimum:vt.j.ea.l.§.Sextus.

d *Alienare*.largè accipe,vt.j.eo.ſed ſi maritus.in fi.Accur.

e *In agro*.id eſt in villa.ſic.ſ.qui ſatiſda.cog.ſciendum.circa prin. l.Et eſt contra.C.de adulte.l.in adulterij.Sol.vt ibi. Item contra in patre,vel matre,& auo mulieris:vt.j.§.pater.

f *Lex ſcripta eſt*. prædicta de adult.ſic ergo not.ſtari verbis legis.

ſic.ſ.de leg.iij.nõ aliter.& de exerci.l.j.§.ſi is qui. & de hoc plenè dixi.ſ.de le.& ſena.con.l.nõ poſſunt . Item vbi lex nõ diſtinguit, nec nos:vt hîc,& not.ſ. de publ. l.de pretio . & hoc niſi alia lex diſtinguat:vt ex duabus legib⁹ patet:vt inſti.de vulg.ſub.§. ſed ſi inſtituto.&.ſ.de hered.inſti.ſi pater.Item ex aliis duabus:vt.ſ.de poſtu.imperator.& infra ad munici.l. ordine. Item not. quòd non licet alicui verba legis offendere . & ſic facit pro Placẽ.quod not.C. de leg.& ſenatuſcõſult. l.non dubium.

Verba legis offendere non licet.

* Flo.quæſtione.

g *Parauit* . aliàs rapuit. aliàs parauit , id eſt per ſolutionem recepit : vt &.ſ.de ſtatulibe. l. Sticho. §. argentarius. & aliàs vſucepit.&omnia tendunt ad hoc quòd habere cœperit. & facit ad.l.ſ.de le.ij.l. cum filius.§.ſeruus.

h *Filiæ* . & ſic poſſunt ſcire.ſic & C. de repu.l. cõſenſu.§. ſuper plagis.

i *Prohibuit manumittere*. ſeruum in vſum filiæ datum:vt patet ex ſuperioribus duobus dictis.

† Flor.intra.

k *Anguſtiſsimum*.ſ.ſexaginta dierum : vt hîc ſubiicit,& C.de adulte. l.verba.Accur.

l *Finiatur* . interrogatiuè.& rñ.q.d.nulla.

m *Suſpectum*. ꝙ cũ ipſa ſeru⁹ fecerit adulteriũ.

n *Quæſtioni*.hoc expone vt infra de iniur . itẽ apud.§.quæſtionem.& §.quæſtiõis.&.ſ.ad Sil. l.j.§.quæſtionem.& facit.j.de adul.l.ſi poſtulauerit.

o *Nocentes*.ipſimet.

p *Ante finitam*.aliàs litem, aliàs quæſtionem, & aliàs cognitionem.

q *Decedat* . ſcilicet filia.& facit C. de adul.l. fina.vel dic ipſi pater & mater : & tunc poterũt alienare: puta libertatẽ relinquendo,vel legando.Accur.

* Vide Nouell.22.

r *Alienare*. largè accipe : vt infra eod.l. ſed ſi maritus.in fi.

ſ Q*Vòd ſi vltra*.ſi habes vltra . planũ eſt . ſed ſi intra : tunc corrigit proximum ſuperioris.l.reſpon.vel in totum , vel ſaltẽ in manumiſſione:de qua ſola hîc repetit,non de alienatione.vel dic ſtatim.ſ.lapſo tempore: vt j.l.ſi priuatus.§.fi. Vel tertiò non debet fieri : vt.ſ. factum tamen tenet:vt hîc.ſic.j.quando ap.ſit.l.j.§.biduum.

t S*Ed ſi maritus intra.Pater accuſare* . adulterum vel etiam filiam : & ſic pater filiam accuſat. [a] vt & C.qui accuſare nõ poſſunt. l.propter.

a] Cõc. text. in.c.conſanguinei.extra de re iud.de quo per Bar. in l.2.ĩ prin. &.§. ſi in publico.j.de adult.& Spec. in tit. de accuſa. verſic. item contra agentem.

u *Dimiſſa*.i.ſiue virum ipſa,ſiue vir eam reiiciat.

x *Pœna*.vt deportatione : nec illa ſeruat in eum affectionem : vt C.de rep.l.j.

y *Gratia*.vtroque volente:vt in auth.de nup.§.diſtrahuntur.

z *Manumittat*.ſic.ſ.de manu.l.qui pœnæ.in fi.

a *Alienationem*.ſic.C.de re.alie.non alie.l.fin.

Q*Væſitum eſt*.] CASVS Quæritur an accuſatus de crimine læſæ maieſtatis poſſit manumittere ſeruũ ſuũ? Et dicitur ꝙ non.

non: imò quod plus eſt, ſtatim ex quo commiſit hoc delictum, non poterit manumittere. [IVLIANVS.] Pater meus mihi filio permiſit vt Stichum ſeruum eius manumittam. poſt mortẽ eius ignorans eum mortuũ manumiſi. nõ tenet manumiſſio. idẽ ſi pater meus adhuc viuens pœniteat, & poſtea manumiſi. nã nõ valet manumiſſio. Frã. Accurſius.

a *Reus*. id eſt accuſat[9]. Accurſius.

b *Plus*. aliàs plus. aliàs prius. & facit. C. ad leg. Iulia. maie. l. fin. & .ʒ. de accu. l. ex iudiciorũ. & .ſ. de manu. qui pœnæ.

c *Liberum*. imò contra: vt. ſ. de manu. vin. ſi pater. Solu. hîc ſubducebatur queſtioni adulterij. Vel hîc mutauit voluntatem: ibi non. Vel hîc minor erat filius: ibi non.

*dandæ. †Nam ſua cuique fraus & ſuus terror maximè vexat: ſuum quẽque ſcelus agitat, amentiáque afficit: ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque, animi terrent. Cic. pro Sex. Roſc. Ame.

S*I cum fideicommiſſa libertas.* [CASVS.] Minor. xx. ann. debebat libertatem ſeruo dare ex cauſa fideicommiſſi, vel quia hoc pacto emerat. vendit minor hũc ſeruum hoc pacto vt manumittatur. valet hoc pactum. ſi autẽ minor habens partẽ in aliquo ſeruo, partẽ ſuam vẽdat hoc pacto vt manumittatur: non valet hoc pactum niſi talem cauſam haberet hic minor, quòd ipſemet potuiſſet eum manumiſiſſe. [NE QVIS.] Lege Ælia Sentia caueturne quis in fraudẽ creditorũ ſeruum manumittat. ſed qui dicũtur creditores? Reſpõd. illi qui habent actionem ex quacunque cauſa contra hunc manumittentẽ. [ARISTO.] Manumiſſus à debitore fiſci, & in fraudem fiſci, reuocatur in ſeruit. niſi diu. i. x. ann. ſteterit in libertate. Item ea quę erogantur in funus debitoris fiſci in eius fiſci fraudem: reuocantur. [SI SVB CONDITIONE.] Qui debebat alicui pecuniam, puta. c. ſub cõditione, interim manumiſit ſeruũ. Dicitur ꝙ hic ſeruus ſtatuliber interim eſt. nam aut extat conditio debiti, & ſic fit debitor non ſoluendo: & hoc caſu reuocatur libertas. aut non extat: & tunc tenet. [SI VOLVNTATE.] Filius voluntate patris ſeruum paternum manumiſit. ſiue filius ſiue pater ſciat non ſoluendo patrem: non tenet manumiſſio. Fran. Accur.

d *Debeatur*. ſeruo minoris à ſe minore.

e *Alienatio*. facta ea lege. & facit. ſ. de manu. cauſam. in princ. & de manu. vin. l. ſi rogatus. in prin. ſecus ſi non deberetur: vt. ſ. e. l. ſi quis integris. §. minor. Item facit. C. de fideicom. lib. l. minor.

f *Intelligetur*. & facit. ſ. eo. ſi quis. §. minor. Accur.

g *Lege*. Ælia Sẽtia: vt inſtit. qui manumit. nõ poſſ. in prin. Accur.

h *Ex cauſa*. & ſic largiſſimẽ: vt &. ſ. ſi cer. petatur. l. j. & in authẽt. de fideiuſ. §. etiam abſolutẽ. & .ʒ. de verb. ſigni. l. creditor.

i *Debere*. quod licet: vt. ſ. eo. l. in fraudem.

k *Diu*. diu pro decennio. ſic infra de adquiren. poſſe. l. iij. §. ſi ſeruus. ſic etiam dicimus diuturni mores, & diuturna conſuetudo. quãdoque pro quinquennio ponitur: vt. ʒ. de ſepara. l. j. §. quod dictum. quãdoque pro anno: vt. ſ. de ſuc. edic. l. j. §. largius. quanff. Nouum.

XV. PAVLVS *libro primo ad legem Iuliam.*

QVæſitum eſt, an is qui maieſtatis crimine reus [a] factus ſit, manumittere poſſit: quoniam ante damnationem dominus eſt. Et imperator Antoninus Calpurnio Critoni reſcripſit, ex eo tempore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem iam de pœna ſua certus eſſe poterat: multo prius [b] conſcientia delictorum, quàm damnatione ius datæ* libertatis eum amiſiſſe.† Iulianus ait: ſi poſtea quàm filio permiſit pater manumittere, filius ignorans patrem deceſſiſſe, manumiſit vindicta: non fieri eum liberum. [c] Sed & ſi viuit pater, & voluntas mutata erit: non videri volente patre filium manumiſiſſe.

XVI. IDEM *libro tertio ad legem Æliam Sentiam.*

SI cùm fideicommiſſa libertas debeatur, [d] minor viginti annis ſeruum vendat vt manumittatur, vel quia hac lege emerat: non impedietur alienatio. [e] Si partem quam in communi ſeruo habet minor viginti annis, manumittendi cauſa tradat: nihil aget. Sed ſi cùm ipſe cauſam probare poſſet, tradiderit: nulla fraus intellegetur. [f]

Ne quis creditorum fraudandorum cauſa ſeruum manumittat, hac lege [g] cauetur. Creditores autem appellantur, quibus quacunque ex cauſa [h] actio cum fraudatore competit. Ariſto reſpondit, à debitore fiſci, qui ſoluendo non erat, manumiſſum, ita reuocari in ſeruitutem

A doque pro biennio: vt. ſ. loca. l. cùm domini. & facit. ſ. de conſtituta pecu. promiſſor. vbi de decem diebus dicit. &. ſ. quod cũ eo. l. ſed & ſi. §. pe.

l *Eius*. ſcilicet debitoris.

m *Alicui*. creditori.

debere, [i] ſi non diu [k] in libertate fuiſſet, id eſt non minus decennio. planè ea quæ in fraudem fiſci in funus eius [l] collata ſunt, reuocanda. Si ſub conditione alicui [m] pecunia debeatur: quaſi ſtatuliber erit à debitore manumiſſus, vt pendeat libertas ex conditione. [n] Si voluntate patris filius manumiſerit: [o] ſiue pater, ſiue filius ſciat ſoluendo patrem non eſſe, libertas impe-
B dietur.

XVII. IDEM *libro ſingulari de Libertatibus.*

SI priuatus coactus á populo [p] manumiſerit: quamuis voluntatem accommodauerit, tamen non erit liber. Nam & diuus Marcus prohibuit ex adclamatione populi manumittere. Item non fit liber, ſi mentitus dominus, ne à magiſtratibus caſtigaretur, [q] dixit eſſe liberum, ſi non fuit voluntatis [r] † manumittendi. In his quos intra certa tempora: non licet manumittere, ſi teſtamento acceperint liber-
C tatem, non teſtamenti [ſ] facti, ſed competentis [t] libertatis tempus inſpiciendum* eſt.

XVIII. IDEM *libro ſextodecimo ad Plautium.*

SI mortis tempore† ſoluendo ſit hereditas, ſi tamen cum aditur, deſierit eſſe ſoluendo: libertas à teſtatore in fraudem creditorum relicta non competet. Nam ſicut aucta hereditas prodeſt libertatibus: ita nocet deminuta. [u] Si is cui libertas relicta eſt, iuſſus ſit heredi dare tantum quanti eſt, & liber eſſe: videamus an adhuc fraus ſit
D ſed ibi fuit lata etiam ſententia.

n *Conditione*. ſ. indebiti.

o *Manumiſerit*. quod poteſt: vt. ſ. de manumiſ. vindic. l. ſi pater.

S*I priuatus.* [CASVS.] Dominus ſerui coactus à populo ſeruum manumiſit. non tenet manumiſſio. Itẽ ſi dominus vna die corã iudice dixit, hic eſt liber. nolẽs quòd iudex eum caſtigaret: quod feciſſet ſi ſciuiſſet eum ſeruum: non propter hoc efficitur liber. Itẽ ſi teſtator reliquit libertatem tali ſeruo cui non poterat dari vſq; ad quinquennium, vt quia tali pacto eum emerat: debebitur tamen veniente quinquennio libertas. Fran.

p *A populo*. aliàs appellans: & tunc facit C. qui manu. non poſſunt l. diuorum. & de pœn. l. decurionũ. &. ʒ. de appel. ſi conſtat. aliàs eſt à villico. ſ. populi: & tunc idem. vel dic quòd ab ipſo ſeruo qui villicus erat. & tunc facit. ſ. e. l. ille. ſed ſemper eſt contra. ſ. quod metus cau. l. metum. §. idem Pomponi[9]. Sol. ibi ab extraneo priuato fuit coactus: vt ibi not.

q *Caſtigaretur*. ſcilicet ſeruus.

r *Voluntas*. diſpoſitiua: ſed enũtiatiua fuit, per quam non datur libertas: vt hic, & C. de teſtamen. mili. ex his. & de teſta. l. verba. Sed argu. contra. ſ. de conſtitu. pecu. l. Titius. Item argu. contra inſtitut. de adopt. in fi. ſed expone vt ibi. Item dicunt hîc quidam ꝙ hic ſeruus ſit detegentis huiuſmodi colluſionem, per l. ʒ. de collu. detegen. l. j.

†voluntas.

*Itaque nõ erit liber.

†Iſta lex eſt ſing. & non alibi inueniтur, ſecũdum Bart. in prœ. ſſ in j. col.

ſ *Teſtamenti*. vt ſi non poteſt tunc manumitti, de libertate deſperet per hoc. Accur.

t *Competentis*. quod eſt à die aditæ hereditatis: vt C. de cad. toll. l. j. §. in nouiſſimo. ſi ergo tunc ceſſet tempus prohibitionis, erit liber: aliàs nõ erit. vel dic ſeruo competẽtis. i. in quo tranſierit tempus prohibitionis, vt quandocunq; illud ſit, fiat liber: vt. ſ. eo. l. quòd ſi intra. ſecundum vnam expoſitionem. & facit. ſ. de hered. inſti. ſeruus alienus. §. qui fideicommiſſariam:

S*I mortis.* [CASVS.] Teſtator reliquit libertatem, & deceſſit: & hoc tempore erat ſoluendo creditoribus: tempore autem aditæ hereditatis eſt facta hereditas non ſoluendo. dicitur quòd impeditur libertas. Secũdo dicit: ſeruo relicta eſt libertas ſi det heredi tantum quantum ſeruus valet. an creditores domini per hoc videantur fraudari? & dicitur quòd ſic, cum hoc quod accipiet heres hac de cauſa, dicatur capere cauſa mortis: & ſic non prodeſſet creditoribus. Fran. Accur.

u *Deminuta*. Argu. contra inſti. ad le. Falcid. §. quantitas. &. §. ex diuerſo.

a *Mortis cauſa.* hæc appellatur mor. cauſa capio. & pro hoc ſupra de dona. cauſa mortis. l. qui pretio. §. fin.
b *Accepturus eſt.* q. d. non pro pretio ſerui. Accur.
c *Non proficit.* vt. ſ. eo. l. cùm hereditas. in prin.

creditorum: quia heres mortis cauſa [a] accepturus eſt: [b] an verò ſi alius pro eo, vel ipſe non de peculio det, nulla ſit fraus. Sed ſi heres locuples non proficit [c] ad libertatem: nec qui dat pecuniam, prodeſſe poteſt.

XIX. Modeſtinus *libro primo Regularum.*

Nulla [*] competit libertas data ab eo qui poſtea ſeruus [d] ipſe pronuntiatus eſt.

Non confirmatur libertas aditione hereditatis ſi prius nō fuerit à domino relicta.

XX. Idem *libro ſingulari de Enucleatis caſibus.*

Si ſeruo † alieno libertas non conſentiēte domino data eſt, valere ex auctoritate iuris nō poteſt, [e] quamuis poſtea manumiſſor domino heres extiterit. nam licèt eius [f] iure cognationis, qui manumiſit, heres extitit: non ideò aditione hereditatis libertatis datio confirmatur. [g]

XXI. Idem *libro primo Pandectarum.*

Matrimonij cauſa manumitti ancilla à nullo alio [h] poteſt, quàm qui eam vxorem ducturus eſt. Quòd ſi alter [i] manumiſerit matrimonij cauſa, alter eam [k] vxorem ducat, non erit libera: [l] adeò vt nec ſi intra ſex quidem mēſes eam repudiatam poſtea manumiſſor [m] vxorem duxerit, liberam eam fieri Iulianus reſpondit: quaſi de his nuptiis ſenatus ſenſerit, quæ poſt manumiſſionem nullis aliis interpoſitis ſecutæ fuerunt. [n]

Nulla.] Casus. Manumiſi ſeruum meum: poſtea ego efficior ſeruus alicui*, vt quia paſſus ſum me vendi: non impeditur per hoc libertas à me data. Fran. Additio. hic caſus nūc nō congruit huic legi modò correctæ.
d *Poſtea ſeruus.* factus ex aliqua noua cauſa: non aliter, ſecundum Ioã. ſic enim non teneret manumiſſio, vt in contrariis: vt Co. de his qui à non dominis. l. ſi non proprietate. & C. ne de ſtatu defun. l. j. & facit. C. de ſen. & interloc. l. ij. ſed quidam in ſeruo manumittēte hāc intelligunt: vt licet ipſe ſeruus pronuntietur, non noceat manumiſſio, niſi & ipſi fiat quæſtio. ſed econtra abſolutio manumittentis proficeret manumiſſo: vt argu. infra ad. l. Iuliam de adul. l. denūtiaſſe. §. fi.
Si ſeruo alieno.] Casus. Seruum tuum manumiſi te non conſentiēte: poſtea ſucceſſi tibi. dicitur quòd non valet hæc manumiſſio: nec cōfirmatur per hoc quòd ſucceſſi tibi. Frā. Accurſius.
e *Non poteſt.* vt & C. de his qui à non dominis. l. ſi non proprietatem.
f *Eius.* domini ſerui.
g *Confirmatur.* imò videtur quòd ſic: vt Cod. de lib. cau. ſi ab eo. contra. ſolue vt ibi. & eodē modo ſolue cōtra. j. de li. cau. filium. Item contra. ſ. de cōdi. inſti. mulier. §. j. Sed quod ibi tenet: ex voluntate domini. ſ. teſtatoris fuit. Item eſt contra in eo qui rem alienam obligat, & domino ſuccedit: quia confirmat pignus: vt. ſ. de pigno. act. rem alienā. &. ſ. ad Maced. l. itē ſi filius. §. ſed & ſi filius. Item in eo qui fundum dotalem vel rem furtiuam vēdidit, & ſucceſſit vxori vel domino: vt. j. de vſucap. l. cùm vir. Item eſt contra. ſ. de condic. inde. l. ſi non ſortem. §. ſi filius. Item contra. ſ. de euict. l. vindicantem. cum concord. ſuis. Solu. ad omnia prædicta quòd hæc ſecundùm illas: vt licèt non confirmetur libertas, ſi tamen velit reuocare qui dedit, per except. repellatur. ſed quidam dixerunt hoc ſpeciale in libertate: argu. Co. de euict. ſi tibi. quod non placet: quia non pro eo ſed contra libertatis fauorem eſſet. Et facit infra de regu. iur. l. penul.
Matrimonij.] Casus. Minor poteſt manumittere ancillam cauſa eā habēdi in vxorē: & eā manumiſſam ob hoc debet ducere: aliàs ſi ipſe nō ducat, ſed alius accipiat eam in vxorē, non tenet manumiſſio: & licèt poſtquā eam alius duxit, & poſtea repudiauit. hic minor eam ducat: non confirmatur manumiſſio.
h *A nullo alio.* de minore ergo dic. xx. an. qui non poteſt manumittere niſi cauſa cognita, inter quas hæc eſt vna, vt eam in vxorem habeat: vt. ſ. de ma. vindi. ſi collactaneus. in fine. & inſtit. qui ma. non poſ. §. eadem. ſi autem eſſet maior, poſſet alij nubere iſto manumiſſore conſentiente: vt. ſ. de ri. nup. l. matrimonij. vel etiā in minore habeat locum illa lex.

*In vulg. edit. hæc lex incipit Cōpetit, atque illic perperā omittitur primū verbum cū lectione Flor. conſentit liber. 48. Baſi. eo. tit. vide Ant. Aug. lib. 4. c. vlt. Iunge. l. matrimonij. ſ. de rit. nup.

†Iſte tex. eſt ſin. ſecundū Bal. ad hoc quòd priuilegium conceſſum alicui per non habentē poteſtatem ſeu ius concedēdi, cōfirmatur ex iure ſuperueniēte ipſi concedenti. qui tex. ſi benē ponderetur vult totum contrarium Bolog.

i *Si alter.* ſcilicet minor.
k *Eam.* manumiſſam à minore. ſit maior vel minor ille ducens.
l *Libera.* numquid ergo partus erit in pendenti?
m *Manumiſſor.* idémque minor.
n *Fuerunt.* ſic ſupra de pact. dota. l. inter. §. fina. & de conditio. & demō. l. cum vir. & infra de verbo. ſignifi. plenē habes in. l. boues. §. j. argu. contra ſupra de iureiuran. l. qui per ſalutem.

XXII. Pomponius *libro viceſimoquinto ad Quintum Mucium.*

Curator [o] furioſi ſeruum eius manumittere non poteſt.

XXIII. Idem *libro quarto ex variis lectionibus.*

Semper [p] in fraudem creditorum libertas datur ab eo qui ſciret ſe ſoluendo non eſſe: quamuis bene dediſſet merenti hoc.

XXIIII. Terentius Clemens *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

Si quis habens creditores, [q] plures [r] manumiſerit, nō omnium libertas impedietur: ſed qui primi ſunt, [ſ] liberi erunt, donec creditoribus ſuū ſoluatur. [t] quam rationem Iulianus ſolet dicere velut duobus manumiſſis, ſi vnius libertate defraudentur: [u] non vtriuſque, ſed alterutrius [x] impediri libertatem, & plerumque poſtea ſcripti: [y] niſi ſiquando maioris pretij ſit is qui antè nominatus ſit, nec ſufficiat poſteriorem retrahi in ſeruitutē: prior ſufficiat. nam hoc caſu ſequenti loco ſcriptum [z] ſolùm ad libertatem perueniturum.

XXV. Papinianus *libro quinto Reſponſorum.*

In fraudem creditorum teſtamento datæ libertates, prioribus creditoribus dimiſſis, propter nouos [a] † creditores irritæ ſunt.

XXVI. Scævola *libro quarto Reſponſorum.*

Pignori obligatū [b] ſeruū debitoris heres manumiſit. quæ-

o *Curator.* facit. ſ. de manu. l. ſeru*. furioſi.
Semper.] Casus. Qui ſcit ſe non ſoluēdo creditoribus ſuis: ſi manumittat ſeruū, licèt bene meritū: nō tenet manumiſſio, quia in fraudem creditorum videtur manumittere. Franciſcus.
p *Semper.* facit. ſ. de iure pa. l. ſi libertus minorē. &. ſ. eod. l. in fraudē. Accurſius.
Si quis.] Casus. Debitor multorum ſeruos duos manumiſit: & ſic eſt effectus non ſoluendo. per vnum tamē eorū manumiſſum tantum non deſiiſſet eſſe ſoluendo. dicitur quòd non reuocabitur libertas omnium: ſed vnius tantùm, ſcilicet vltimi, id eſt cui vltimo erat libertas relicta: niſi prætiū primi ſit maius pretio ſecundi, ita vt ſi ſecundi reuocaretur libertas, adhuc eſſet non ſoluendo. ſi primi, tunc ſecus. hoc enim caſu reuocatur libertas primi. Fran. Accur.
q *Si quis habens creditores.* puncta.
r *Plures.* ſ. ſeruos.
ſ *Primi ſunt.* ſcilicet manumiſſi.
t *Soluatur.* id eſt adhuc ſolui poſſit.
u *Fraudentur.* id eſt depereant. Azo.
x *Sed alterutrius.* Pi. eſt litera: & videtur abundare.
y *Scripti.* ſcilicet ſerui non impediri libertatem dicimus: vt. ſ. de here inſti. l. qui ſoluendo. Et ſic no. de ordine vt diximus. ſ. de fideicom. lib. generaliter. §. ſi quis alienum.
z *Scriptum.* liberum. Et ſic no. quòd paupertas prodeſt: [a] vt not. C. de epiſco. & cle. l. ſi quis ad declinandam. §. pe.
In fraudem.] Casus. Volens fraudare creditores meos primos reliqui libertatem ſeruis meis. poſtea illis primis creditoribus ſolui. dicitur quòd libertas non tenet ratione ſequentium creditorum. Fran. Accur.
a *Propter nouos.* aliàs propter reſiduos. & aliàs propter aſſiduos. Sed contra huic. l. infra quæ in fraud. credit. ſi quis cum haberet. Solu. diſtingue: an primi ex pecunia ſeq. ſint dimiſſi, vt hîc: an nō, vt ibi in eo. titu. ait prætor. §. ita demum. &. l. Papinianus. vel hîc omnes propoſuit fraudare, licèt primo illos quibus poſtea ſoluit: ibi non. vel hîc in fideicom. libertate, ibi in directa: vt Co. qui manu. non poſ. l. j. & ſi.
Pignori.] Casus. Seruum meum tibi ſpecialiter obligaui. me poſtea mortuo heres meus manumiſit. non tenet manumiſſio. ſed ſi poſtea heres ſoluat debitum creditori: libertas confirmatur. Fran. Accur.
b *Pignori obligatum.* ſpecialiter: vt Cod. de ſer. pign. dato. l. ab eo. Accurſius.

†Olim legebatur aſſiduos, ſed ad marginem mei manuſ. notatur Piſis legi, nouos.

a] Tu cōclude breuiter caſus quib* prodeſt. Et primo excuſat à pœna ordinaria. Itē à deſertione appellationis: ne currant fatalia: & ab illius proſecutione. Item à tutela: à muneribus & collectis ab onere cōditionis implēdæ. Item à pœnis. Item excuſat fide iuſſorem, ne teneatur proſequi appellatione. Itē matrē ſecūdò nubētem ne reddat rationem tutelæ priuſquā ſecūdò nubat. Item excuſat à ſatiſdatione. Itē à cōdemnatione expenſarum. Item ne teneatur pauper liberatus in foro conſcientiæ & vt excommunicatus abſoluatur nō facta ſatiſfactione non à contumacia. Itē à commiſſa. Item nō tenetur ſoluere mercedem notario, nec procuratione vi

Si

UNED

ſitatori. Et hoc pro magna parte ponit Spec. in tit.de accu.§.vlt.verſ. ſed quid ſi eſt pauper. Archi. in.c. ſtatuim⁹. de reſcript.li.6. & in.c.pauper.6.q.3. anos aliunde collegi. Et quãdo dicatur aliquis eſſe pauper, & qualiter ꝓbetur, not. Archi. poſt gl.in c̃.quo iure. 8.diſt. vbi dicit ꝙ pauper eſt, qui parũ habet. inops, qui nihil. & notaui in apoſtil. Phili. Franc. in ca. ſtatutum. §. inſuper. poſt eũ. in fin. in verſi probetur paupertas. de reſcr. lib.6.

* Fl. In fraudẽ cred. ma. libérque.

a *Si pecunia etiam.* Hic verſus eſt Pi.litera.

b *Ex voluntate.* vt &.C.de ſer.pign.dato.l. ſi creditoribus. & ſupra de heredi. inſtitu. pignori. ſic etiam poteſt intelligi ſupra de fideicommiſ.liber.l.generaliter.§.ſi quis ſeruo.& infra.l. proxi.§. fin.Et not. quod ab initio non tenet, firmatur. Argu. contra ſupra eod. ſi ſeruo. & facit ſupra eo.l.ſeruum.

Q*Vi in fraudem.*] CASVS. Debitor multorum manumiſit in fraudẽ creditorum. non tenet manumiſſio, ſiue in diem ſiue ſub condi. debeat. non autem connumeratur inter creditores legatarius conditionalis: ſed purus legatarius, vel fideicommiſſarius purus, id eſt cui purè relictum eſt legatum vel fideicommiſſum, computatur inter creditores. [PIGNORI.] Seruum obligaui alicui ſpecialiter: eundẽ manumittere nõ poſſum, niſi ſoluam debitum: vel niſi conſentiat creditor: vel ſi minor ſit creditor, tunc cum auctoritate tutoris conſentire debet pupillus. idem ſi pupillus habeat vſumfruct.in ſeruo, & ego proprietatem: non prodeſt conſenſus pupilli in manumiſſione ſerui: niſi tutore auctore conſentiat. Franciſ. Accurſius.

ſitum eſt an liber eſſet. Reſpondit, ſecundùm ea quæ proponerentur, ſi pecunia etiam [a] nunc deberetur, non eſſe manumiſſione liberum factum. Paulus. Soluta ergo pecunia, ex illa voluntate [b] liber fit.

XXVII. HERMOGENIANVS *libro primo Iuris Epitomarum.*

QVi [*] in fraudem creditorum manumittitur, liber eſſe prohibetur: ſiue dies ſoluendæ pecuniæ iam ceſſit, ſiue in diem vel ſub conditione ſit debitum. Diuerſa cauſa eſt legati ſub conditione relicti. nam antequã conditio extiterit, inter creditores legatarius iſte non habetur. [c] Ex omni autem cauſa creditoribus in hac parte lex Ælia Sentia proſpexit: inter quos fideicommiſſarium [d] etiam eſſe placuit.

Pignori [e] datus ſeruus, antequam debiti nomine fiat ſatis, ſine conſenſu [f] creditorum manumitti nõ poteſt. Sed pupilli creditoris citra tutoris auctoritatem conſenſus nihil libertati [g] prodeſt: ſicuti non prodeſt ſi fructuarius pupillus manumiſſioni ſimiliter conſentiat.

XXVIII. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

HEres ſeruum proprium, [h] quem teſtator legauerat, manumittendo, nihil agit: quia ſciẽtiæ vel ignorantiæ eius nullam placuit admitti rationem. [i]

XXIX. GAIVS *libro primo de manumiſsionibus.*

c *Non habetur.* vt & infra de actio.& oblig. is cui. ſecus ſi eſt purum: quia tunc eſt creditor cui debetur: vt infra proxi.no.&.C.qui manumi.non poſ.l.j.Item hoc accipe ſi non ſit legatus qui manumittitur: tunc enim impeditur: vt infra eod. generaliter.§.j.

d *Fideicommiſſariũ.* purum: vt not.s̃.proxi.§.

e *Pignori.* ſpecialiter: vt & ſupra.l.proxi.

f *Sine conſenſu.* ſed cum conſenſu ſic: vt.C.de ſer. pign.da.l.ſi vt proponis.

g *Libertati.* ſecus hic & in ſequenti caſu ſi eſſet adultus: vt ſupra de manumiſ.vindi.l.ij.&.l.iiij.§.fin.quæ ſunt contra.

H*Eres.*] CASVS. Teſtator legauit ſeruum proprium: heres eum manumiſit. non valet libertas. Vel aliter: teſtator legauit ſeruum heredis: heres hunc ſeruum manumittit. nihil agitur quo minus valeat legatum: & tenebitur heres ad æſtimationem legati: libertas tamen data tenet. Franc. Accurſius.

h *Heres ſeruum proprium.* ſcilicet ipſius teſtatoris, aut etiam heredis: ſed tunc dices, nihil egit, ſcilicet quò minus legatum teneat. Ioan. vt detur æſtimatio: & libertas valeat: vt in contrariis: vt inſtit.de lega.§.ſi res. in fin.& ſupra de lega.j.ſi quis inquilinos.§. cum ſeruum. & in argu. contra.l.ſi heres generaliter. & ſupra de lega.ij.ſi heres rem. Item videtur contra ſupra ad Trebel.quidam §.ſi quis filium.ſed ibi ſub cõditione erat legatus: hîc purè.quod non placet: vt infra.l.proxi.§.fin.& ibi ſolues.

i *Rationem.* vt argu.infra de verbo. obliga.l.ſi ſeruum.§. de illo. Sed argu.contra ſupra de condict.inde.l.in ſumma.§. ſi ſeruum. Sed dic vt ibi. Accurſius.

G*Eneraliter.*] CASVS. Debitor ſeruum generaliter obligatum manumittere poteſt: dum tamen ſit ſoluendo creditoribus ſuis, aliàs non. [SVB CONDITIONE.] Seruum legatum ſub conditione heres manumittere non poteſt: licèt interim pendente conditione ſit ſuus: & redditur ratio in litera. Franciſ. Accurſius.

A

k *Eſt debitoris.* idem de ſpeciali: vt.C.de pign.act.l.pignus.

l *Conſequi poteſt.* in hoc differunt: vt hîc, & ſupra eo.l.pignori. &.C.de ſer.pigno.da.l.ab eo. Accurſius.

GEneraliter pignori datus ſeruus, ſine dubio pleno iure debitoris [k] eſt: & iuſtã libertatem [†] ab eo cõſequi poteſt, [l] ſi lex Ælia Sentia non impediat libertatem, id eſt ſi ſoluendo ſit: ne ob id creditores videantur fraudari. Sub conditione ſeruus legatus, pendente conditione pleno iure [m] heredis eſt: ſed nullam [*] libertatem ab eo conſequi poteſt: [n] ne legatario iniuria [o] fieret.

B

XXX. VLPIANVS *libro quarto ad legem Æliam Sentiam.*

SI quis hac lege ſeruum emerit, vt manumittat, & non manumittente eo ſeruus ad libertatem peruenerit ex cõſtitutione [p] diui Marci, an poſſit vt ingratum [q] accuſare, videamus. Et dici poteſt, cùm nõ ſit manumiſſor, hoc ius [r] eum non habere. Si filius meus ex voluntate mea manumiſerit: an vt ingratũ eum accuſandi ius habeam, dubitari poterit: idcirco, quia nõ manumiſi. Sed pro eo habẽdus ſum, ac ſi manumiſiſſem. [ſ] Sed ſi caſtrẽſem ſeruũ filius meus manumittat, dubio procul hoc ius

C non habebo: quia non ipſe manumiſi. Ipſe planè filius accuſare poterit. [t] Tamdiu autem accuſare quis poterit, quãdiu perſeuerat [u] patronus. Quotiens autem patroni libertum volunt accuſare, vtrum omniũ conſenſus neceſſarius ſit, an verò & vnus poſſit, videamus. Et eſt verius, ſi ſaltem in vnum hoc commiſerit, [x] eum [y] vt ingratũ accuſari: ſed omnium

m *Pleno iure.* vt & ſupra de rei vendic.l.non ideò. Sed argu.contra. C. communia de leg.l. fin.§.ſed quia.

n *Conſequi poteſt.* vt & ſupra eod. cùm is. &.l. ſi optio.

o *Iniuria.* quia exiſtente conditione non poſſet vindicare liberum factum: & eſt hæc ratio quòd poteſt alienari pendente conditione iure iſto: vt ſupra de lega.j. ſeruo legato.§.j. &. d. l. communia de leg. ſed non manumitti: vt hîc dicitur. Idem & ſi heres pendente cõditione faciat locũ religioſum. nam non poteſt: vt ſupra de relig. l. ſi locus. ſed videtur ꝙ poſſit interim manumitti: vt infra de act. & ob.l. is qui. & ſupra ad Trebel.l.quidam.§. ſi quis filium. ſed plenè ſolui. ſupra de manumiſ.l.ſeruum.

† Iuſtam libertatẽ hîc interpretatur ciuitatis Romanæ. Ant.Auguſt. lib.3.c.7.

* nullam, id eſt neque Latinã, neque Romanam, neque dedititiam. Idem ibidem.

S*I quis.*] CASVS. Titius emit ſeruũ hoc pacto vt eum manumittat. eo non manumittente ſeruus debet eſſe liber ex conſti. diui Marci. nec Titius dicitur patronus huius liberti. & ideò Titius hũc libertum vt ingratum accuſare nõ poteſt. [SI FILIVS.] Filius ex voluntate patris manumiſit ſeruum paternum. ipſe pater dicitur patronus, & ipſe eum poterit accuſare vt ingratũ. Si autem hic filius manumiſit ſeruum ſuum caſtrenſis peculij: hoc caſu ipſe filius dicitur patronus, & non pater: & ipſe filius poterit accuſare hunc libertum vt ingratum. Vltimò dicit: quamdiu durat ius patronatus, accuſare libertum vt ingratum poteſt. [QVOTIENS.] Plures ſunt patroni vnius liberti. libertus exiſtit ingratus contra vnum de patronis. ille poterit eum accuſare vt ingratum. & ſi plures offendit, omnium offenſorum conſenſus requiritur ad eum reuocandum in ſeruitutẽ. [SI PATER.] Pater libertum ſuum vni ex filiis aſſignauit. ille ſolus filius dicitur patronus. Franc. Accurſius.

D

p *Ex conſtitutione.* vt.C.ſi manci.ita fue.alie.l.ij.

q *Ingratum.* eum libertum.

r *Hoc ius.* rouocandi in ſeruitutem: ſed quò ad alia eſt patronus: vt quò ad ſucceſſionem: vt ſupra de ſuis & legi.here.l.iij.§. is plane. Item vt non vocet in ius ſine venia: vt ſupra de in ius voc.l.ſed ſi hac lege.in princ. Item in legitima tutela: vt ſupra de leg.tuto.l.iij.§.j.quæ ſunt arg.contra.& his modis intellige quod eſt ſupra de iure patro.l.ſeruum.§.fin.

ſ *Ac ſi manumiſiſſem.* & ſic accuſo: vt ſupra de manu.l. ſi conſentiente. Accurſius.

t *Accuſare poterit.* nam ipſe eſt patronus: vt &.s̃.de iure patro, l.ſeruum à filio.in princ.& de ſuis & legi.l.iij.§.miles.

u *Perſeuerat.* perditur autem ius patronatus multis modis: vt not.C.de bo.liber.l.fin.in fine. Accurſius.

x *Commiſerit.* ſcilicet ingratitudinem.

y *Eum.* libertum.

conſenſum [a] neceſſarium, [*] ſi ſint eiuſdem gradus. Si pater libertum vni ex filiis adſignauerit: ſolum eum [b] accuſare poſſe [c] Iulianus ſcripſit. ſolum enim [d] patronum eſſe.

XXXI. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

QVæſitum eſt, ſi libertam patronus iureiurando adegiſſet, ne ea liberos impuberes habens nuberet: quid iuris eſſet. Iulianus dicit non videri contra legem Æliam Sentiam feciſſe eum, qui non perpetuam [e] viduitatem libertæ iniunxiſſet. B

XXXII. IDEM *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

SI non voluntate patroni is qui in eius [f] poteſtate ſit, iuſiurãdum † adegerit, vel ſtipulatus fuerit ne nubat: niſi id patronus remittat, aut liberauit libertum: incidet in legẽ. [*] videbitur enim id ipſum [g] dolo malo facere.

Non prohibẽtur lege Ælia Sentia patroni à libertis mercedes capere, ſed obligare eos. [h] Itaque ſi ſponte ſua libertus mercedem patrono præſtiterit, nullum huius legis præmium conſequetur. [i] C

Is qui operas, aut in ſingulas eas certam ſummam promiſit, [k] ad hanc legem non pertinet: [l] quoniam operas præſtando poteſt liberari. Idem Octauenus probat: & adiicit: Obligare ſibi libertum vt mercedem [m] operarum capiat, is intellegitur, qui hoc ſolùm agit, vt vtique mercedem capiat, etiam ſi ſub titulo operarum eam [n] ſtipulatus fuerit.

† DE IVRE AVREORUM ANULORUM, TITVLVS X.

Non tollitur ius alimentorum liberto relictorum propter meliorem eius conditionem factam.

I. PAPINIANVS *libro primo Reſponſorum.*

INter cæteros alimenta liberto relicta non idcirco nõ debentur, quia ius aureorum anulorũ ab imperatore libertus acceperit. [o] Diuerſum [p] in eo probatur, qui iudicatus [q] ingenuus, colluſione per alium patronum detecta, conditioni ſuæ redditus, alimenta ſibi, quæ tertius [r] patronus reliquerat, præberi deſiderat. hunc enim etiam beneficium [ſ] anulorum amittere placuit.

II. IDEM *libro quintodecimo Reſponſorum.*

INtra quinque annos [t] pro ingenuitate ſententia dicta [u] reſciſſa fuerat. victum, anulorum aureorum beneficium, quod antè ſententiam pro ingenuitate dictam acceperat, ac depoſuit, [x] non retinuiſſe [y] reſpondi.

III. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

DIuus Commodus & ius anulorum datum ademit illis, qui inuitis aut ignorantibus pa-

a *Conſenſum.* imò videtur quòd non exigatur aliorum cõſenſus: cùm quilibet inſolidum ſit patronus: vt ſupra de ri. nupt. l. filio. & .l. illud. & de aſſigna. lib. l. ſi ex duobus. quæ ſunt contra. ſed dic omnium ſcilicet offenſorum: ſecundùm P. Sed quid ſi aliquis de inoffenſis non vult conſentire? Item an reuocatur in ſeruitutem etiam aliorũ quos non offendit, propter vnum offenſum? Item aſſume hîc argu. in cauſis feudorum. A

* neceſſariũ eſſe vt in ſeruitutem redigatur, ſi &c.

b *Eum.* libertum.

c *Poſſe.* poſſunt enim eſſe non eiuſdem gradus patronus & alterius patroni filius: vt ſupra de legi. tuto. l. iij. verùm hoc ius reuocandi in ſeruitutem vltra filium non procedit: vt & infra de verb. ſignifi. l. ſciendum. licet tutela ſic: vt dicta. l. iij. de legitimis tutoribus. Accurſius.

d *Solum enim.* vt not. ſupra de ritu nupt. l. filio. §. fin. & inſtit. de aſſigna. lib. §. fin.

QVæſitum.] CASVS. Manumiſi ancillam, & feci eam iurare ne nubat donec filios impuberes habebit. dicitur quòd per hoc iura patronatus nõ amitto: cùm perpetuam viduitatem huic fœminæ non impoſui. Franciſ. Accurſius.

† iureiurando.

* Aeliã Sentiam Græci.

e *Non perpetuam.* ſecus ſi perpetuam: vt ſupra de in ius voc. adoptiuũ. §. ſed ſi ad. ſed idem videtur & ſi ad tempus: vt ſupra de ſuis & legi. l. inteſtato. §. ſi quis. quæ eſt contra. Sol. hic propterea leuiter toleratur: quia gratia liberorum libertæ nuptias prohibuit eis impuberibus exiſtẽtibus. Azo. & facit ſupra de iure patro. l. adigere. §. quamuis. & infra. l. proxima.

SI non voluntate.] CASVS. Manumiſi ancillam. filius meus ab ea exegit iuſiurandum, vel ſtipulatus eſt ne nubat. dicitur quòd ego patronus debeo ei remittere hoc quod iurauit vel promiſit. & ſi hoc non facio: perinde punior ac ſi illud feciſſem. [NON PROHIBENTVR.] Manumiſi ſeruum. promiſit mihi operas. poſtea mercedem ſiue æſtimationem dat. non amitto per hoc aliquod ius patronatus. idem eſt ſi promiſit mihi operas. x. aut. x. libras. ſecus autem ſi tantum ſtipulatus fui ab eo mercedem certam, puta. x. libras loco operarum quas promiſerat. idem ſi ab alio nomine eius. quod dic vt in gloſ. Franciſ. Accurſius.

f *Eius.* ſcilicet patroni.

g *Id ipſum.* quod non remittit: ſed ex eo quod ſe ignorante eſt exactum, non incidit: vt in contrario. j. de iure patro. l. quamuis. §. ſed ſi ignorante. vnde remittendo non incidit: vt hîc.

h *Obligare eos.* ſcilicet prohibentur inuitos: niſi propter inopiã: vt. C. de ope. liber. l. j. Accurſius.

i *Conſequetur.* libertus, vt perdat patronus contra tabul. quam perderet ſi ab initio exigeret mercedem: vt ſupra de oper. libe. quæ onerandæ. & hoc ſi habes præmium. aliàs pretium. & tunc dic, huius operæ non conſequetur patronus vllum prætium, ſcilicet deinceps: ſed quòd eſt ei ſponte ſolutum, non reuocatur. & facit ſupra manda. l. ſi remunerandi. in prin. §. fin.

k *Promiſit.* alternatiuè.

l *Non pertinet.* quoniam non præciſè ad ſummam tenetur, vt ſubiicit: & ſupra de iure pa. adigere. §. qui ſtipulatus eſt. Sed arg. contra ſupra de condit. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. ſed ſi ſub iuriſiurandi. Accurſius.

m *Vt mercedem.* quod eſt prohibitum.

n *Eam.* ſcilicet mercedem. quaſi dicat etiam ſi eſſet ſtipulatus ab alio nomine liberti eam mercedem operarum, perinde habetur ac ſi à liberto: vt perdat contra tab. vt. d. l. ſupra de oper. libe. l. quæ onerandę. & . C. de oper. liber. ſi quam. vbi plenè de hoc dixi. & facit ſupra proxi. §.

† De iure aureorũ anulorum vide Bu. l. vlt. §. de ſenatorib. & Alexã. lib. 2. Gen. dier. cap. 29.

DE IVRE AVREORUM ANULORUM.

Dictum eſt ſupra qualiter ex ſeruitute ad libertatẽ ſerui perueniant: nunc qualiter ad quaſi ingenuitatem: & dicuntur ſic, quia olim liberti non poterant ferre anulos niſi impetrarent: vel dic verius vt not. C. eod. l. 2. Accur.

Regulariter ſerui manumiſſione libertini fiunt. ſed vno caſu etiam iura ingenuitatis habent, ſaluo iure patronatus, vt puta ſi ius anulorum aureorum à principe impetrauerint, id eſt equeſtrem dignitatem aut beneficium equeſtri dignitati compar. hac enim dignitate quæſita, deponebãt ferreum anulum, ſumebãt aureum. Papinius III. Atque idem in cuneos populos cum duxit equeſtres Mutauitque genus leuaq; ignobile ferrũ Exuit. & ob id libertinus in Arriani Epicteto III. ἐὰν δακτυλίους, φησί, λάβω, τότε γ' εὐρύσαλα διάξω. *Cuia.*

INter cæteros.] CASVS. Relicta erãt alimenta liberto: qui exiſtens libertus impetrauerat ius anulorum aureorum. an propter hoc alimenta ſibi relicta ideo minus debeantur, quæritur. & reſpon. quòd non. ſecus in eo qui cum erat libertus, & habebat ius anulorum aureorum, fecit ſe per colluſionem iudicari ingenuum: & poſtea ab vno de patronis reuocatus eſt in libertatem. [a] nam talis non habebit alimenta quæ fuerant relicta libertis: nec etiam habebit ius anulorum aureorum. & hoc dicit hæc lex cum ſequen. Franciſ. Accurſius.

a] ſeruitutẽ.

D o *Libertus acceperit.* quia honor ei augetur, non conditio mutatur: vt ſupra de condit. & demonſt. l. falſa. §. ſed ſi cui. & not. variationem admitti. nam quò ad quid eſt libertus: quò ad quid non. ſic ſupra de excu. tu. l. cum ex ordinatione. & . §. de col. bo. l. nonnunquam. in princ.

p *Diuerſum.* vt ei alimenta non debeantur.

q *Iudicatus.* colludente illo patrono cum quo litigabat.

r *Tertius.* erant enim tres patroni: vnus qui colluſit: alius qui colluſionem detexit: alius qui alimenta reliquit.

ſ *Beneficium.* quod antè quæſierat: & habes idem. j. l. proxi.

t INtra quinque annos. nam poſtea non auditur: vt. j. de colluſio. dete. l. ij. & de libe. cau. l. qui de libertate. §. fin. Accur.

u *Dicta.* per colluſionem.

x *Depoſuit.* per hoc quòd fecit ſe iudicari ingenuum.

y *Non retinuiſſe.* Sic ergo ſententia pro ſe data ſibi nocet. & ſic eſt contra infra de except. rei iudic. l. euidenter. Solu. magis ſua voluntas quàm ſententia ei nocuit. cùm enim petiit ingenuitatem, & habuit, videtur renuntiaſſe iuri anulorum aureorum: vt & ſupra. l. proxi. & argu. ſupra de condi. indeb. l. ſeruo. & . C. de ingenu. manu. l. j. in fin. & eodem modo poteſt ſolui. C. de leg. & con. l.

con.l.quod fauore.vt & ibi no.Item argu.contra ſupra de inoffi. teſta.l.nihil.§.ſi cùm filius.

Diuus.] CASVS. Inuitis aut ignorantibus patronis liberti ius anulorum impetrarunt.dicitur quòd non valet hæc impetratio.Franciſcus.

a *Acceperant*. ſic infra titu.j.l.pe.§.fi.& C. de auctoritate præſtan. l.fin.& C.ad leg. Viſell. l. j. Accur. ADDITIO. Iſta lex eſt valde nota. ſecundũ Bar.hîc ad hoc ꝙ comites qui poſſunt ex reſcripto principis legitimare, an poſſint ſpurium legitimare nõ vocatis his quorum intereſt.de quo vide eundem Barto.in.l.ij. C.de temp.appella.

† Nonnihil in hunc locum Cœlius Rho.lib.lectionũ antiquarũ.5.cap.26.

tronis acceperant. a

IIII. VLPIANVS *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

Etiam fœminæ †ius aureorũ anulorũ impetrare poſſunt: b & iura ingenuitatis impetrare, & natalibus reſtitui poterunt.

V. PAVLVS *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

Qui ius anulorum aureorum impetrauit, vt ingenuus habetur: c quãuis ab hereditate eius patronus non excludatur.

VI. VLPIANVS *libro primo ad legem Iuliam & Papiam.*

Libertinus d ſi ius anulorũ impetrauit: quamuis iura ingenuitatis ſaluo iure patroni nactus ſit, tamẽ ingenuus intellegitur. & hoc diuus Hadrianus reſcripſit.

DE NATALIBVS reſtituendis.*

TITVLVS XI.

I. VLPIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

A Principe natalibus ſuis reſtitutum eum qui ſe ingenuum natum principi adfirmauit, e ſi ex ancilla natus eſt, f nihil videri impetraſſe.

II. MARCIANVS *libro primo Inſtitutionum.*

Interdum & ſerui nati, g ex poſt facto iuris interuentu ingenui fiunt: vt ecce ſi libertinus à principe natalibus ſuis reſtitutus fuerit. Illis enim vtique natalibus reſtituitur, in quibus initio h omnes homines fuerunt: non in quibus ipſe naſcitur, cùm ſeruus natus eſſet. hic enim quantum ad totum ius pertinet, perinde habetur, atq; ſi ingenuus natus eſſet: nec patronus eius poteſt ad ſucceſſionem venire. i ideóque imperatores nõ facilè ſolent quemquam natalibus reſtituere, niſi conſentiente k patrono.

III. SCÆVOLA *libro ſexto Reſponſorum reſpondit.*

Quæris, an ingenuitatis iure vtatur l is quem ſanctiſſimus & nobiliſſimus Imperator natalibus ſuis reſtituit. Sed ea res nec dubitationem habet, nec vnquam habuit, quin exploratum ſit ad omnem ingenuitatis ſtatum reſtitui eum qui iſto beneficio principis vtatur.

IIII. PAVLVS *libro quarto Sententiarum.*

Nec filio m patroni inuito libertus natalibus ſuis reſtitui põteſt. Quid enim intereſt, ipſi patrono, an filiis eius fiat iniuria?

V. MODESTINVS *libro ſeptimo Regularum.*

Patrono conſentiente debet n libertus ab imperatore natalibus reſtitui. Ius enim patroni hoc impetrato amittitur. Libertinus qui natalibus reſtitutus eſt: perinde habetur atque ſi ingenuus natus medio tempore maculam ſeruitutis non ſuſtinuiſſet. o

Etiam fœmina.] CASVS. Non ſolùm liberti maſculi, ſed etiam libertæ fœminæ ius anulorũ impetrare poſſunt, & iura ingenuitatis: & natalibus reſtitui poſſunt.Fran.

b *Poſſunt*. quod valet ad matrimonia: licèt non ad honores.

Vi ius.] CASVS. Libertus qui impetrauit ius anulorum aureorum, habetur ingenuus quò ad multa, vt quò ad honores habendos. Item quò ad matrimonia, & quò ad ſimilia quę dicuntur in glo. magna hic poſita: non tamen præiudicat patrono quin patron⁹ ei ſuccedat: nam ei bene ſuccedet. & hoc dicit hęc lex & ſeq. quę incipit, libertinus.Fran.

*De natalibus reſtituẽdis vide Bud.ſ.de ſenatoribus.l. vltima.

c *Habetur*.quò ad multa. Primò vt habeat tutorem ingenuũ: quod aliàs non haberet: vt.ſ. de excu. tu.l.cũ ex oratione.Item quò ad honores:vt C.ad le.Viſell.l.j.in prin.Itẽ contrahit matrimonia cum nobilibus:quod patet:quia viuit vt ingenuus:vt.ſ.de ope.lib.l.iij.in prin.Ecõtra in multis vt libertus.Primò in contra tabu.vt ſubiicit.&.d.l.de ope.lib.l.iij.Itẽ vt participet legato libertis relicto:vt.ſ.eo.l.j. Item vt non vocet in ius ſine venia:vt.ſ.de in ius voc. ſed & ſi.§. patronũ. Item torquetur pro cæde domini vt alij liberti:vt.ſ.ad Sil.l. idémque erit. & de talibus dicit.l.ſeq.ſed hodie omnes ſunt ferè ingenui: vt in auth. vt lib.decæte.§.j.

d *Libertinus*.dic vt ſupra.l.proxi.

DE NATALIBVS RESTITVENDIS.

Hoc plenam ingenuitatem inducit:vt infra.l.interdum.in fi.Accur.

Altero autem caſu non iura tantùm ingenuitatis, ſed ingenuitatem pleniſſimam habent, & ius patronatus extinguitur, puta ſi à principe natalibus reſtituti fuerint, quandoquidem eis natalibus reſtituuntur in quibus homines fuerunt nondum neque naturali neque ciuili iure deſcripto. l. Imperialis.C.de nupt.Cuia.

Principe.] CASVS. Quidam ſeruus iuit ad principem, & dixit ei ſe fuiſſe natũ ex ingenua matre: tamen poſtea effectus erat ſeruus aliqua ex cauſa iuſta: & impetrauit à principe ſe reſtitui natalibus.dicitur quòd cùm appareat eum natum ex ancilla:non tenere hoc reſcriptum.Fran.Accur.

e *Adfirmauit*.& poſtea aliquo iure ſeruum factum manumiſſum.aliàs ſi eſſet ingenuus,quid peteret?

f *Natus eſt*.& ita ſeruus eſt.& facit C.ſi contra ius vel vti.publi. l.ij.&.l.& ſi legibus.& de his qui à non dominis. l. fina. & de diuer.re.l.fin.Quid autem ſi dixit ſe natum ingenuum, & ſeruum poſtea factum manumiſſum? videtur tenere conceſſio: cùm ſit

ff. Nouum.

princeps idem cõceſſurus ſi verum dixiſſet:vt arg.contra. Cod.ſi contra ius vel vtil.publi.l.j.

A *Interdum.*] CASVS. Aliquando euenit quòd qui naſcitur ſeruus, efficitur ingenuus: vt ſi libertinus meus natus ex ancilla mea, & poſtea manumiſſus à me, impetret à principe natalium reſti. nam efficitur ingenuus: & videtur reſtitui natalibus in quibus omnes naſcebantur liberi inſpecto iure naturali: non illis in quibus eſt natus. & hoc priuilegium princeps non ſolet cõcedere, niſi conſentiat huic petitioni patronus: & erit iſte per priuilegium hoc plenè ingenuus quò ad omnia. & hoc dicit hæc lex & ſeq. quæ incipit, quęris &c.Fran.

B

g *Nati*. Nota contra Py. qui dixit in eo qui naſcitur ingenuus, & poſtea fact⁹ ſeruus manumittitur, habere locum hunc titu. per. l. j. huius titu. & quia dicitur, natalibus reſtitui, ſed Io. & nos contra: vt etiam natus ſeruus & poſtea manumiſſus impetret: vt hîc. ſed exiſtens ſeruus non: vt C. de preci.ĩpera.offe.l.j.

h *Initio*. de iure naturali: vt inſtit.de iure natura.§.ius autẽ gentiũ.

i *Venire*.vt &.ſ.de bo. lib. l.etiam.§.j. & C.de bo.lib.l.fina.

C

k *Conſentiente*. vt infra eo.l.penul.

l *Quæris. Vtatur*. vt & C.de nup.imperialis.§. itaque cum. & argu.C.de crimin.ſacrileg.l.ſacrilegij.

Nec filio.] CASVS. Libertus non debet impetrare reſtitutionem nataliũ inuito patrono, ſi patronus viuat: vel filio patroni inuito, ſi iam deceſſerit patronus. patrono autem conſentiente poteſt impetrare reſtitutionem natalium: & hoc impetrato ius patronatus tollitur, & libertus plenè erit ingenuus, perinde ac ſi nunquam fuerit ſeruus. & hoc dicit hæc.l.& ſeq.Fran.

m *Nec filio*. patre mortuo. & facit.j.l.proxi.&.ſ.eo.l.interdum. in fin.&.ſ.tit.j.l.diuus.Accur.

n *Patrono. Debet*. non ergo poteſt princeps rem priuati vendere eo inuito: vt &.ſ.l.proxi.&.ſ.titu.j.l.diuus.& C.de contra.iudi.l.j.in medio, niſi ob publicam vtilitatem: vt.ſ. de officio præto.l.Barbarius.in fi.&.j.de iure fiſ.l.diuus.Sed arg.contra.C. de quadri præſcri.l.fi.in prin.ſed eam expone vt ibi.

D

o *Non ſuſtinuiſſet*.vt &.ſ.eo.l.interdum.in fi.Accur.

DE LIBERALI CAVSA.

Supra dictum eſt de libertate præſtanda: nunc de ea tuenda: quod ſit per cauſam liberalem, ſiue quis in libertatem proclamet, ſiue in ſeruitutem petatur. Accurſius.

Vix tandem in hoc titulo proponuntur præiudiciales actiones. Liberalis enim cauſa cognitio aut præiudicialis actio eſt de libertate aut de ſeruitute, de ingenuitate aut de libertinitate: de qua maiores iudices cognoſcunt. & de libertate quidem agit non is tantum qui proclamat in libertatem, ſed & alius fere quilibet eo inuito. Proponitur etiam in hoc titulo actio in factũ pœnalis aduerſus eum qui ſciens pro ſeruo venit quæ emptori ignoranti iure prætorio competit. Cuia.

Si quidem.] CASVS. Aliquis cùm eſſet ingenuus, ſtabat vt ſeruus Titij: nec volebat ſe petere in libertatem cùm poſſet: & hoc faciebat in iniuriã parentũ ſuorũ, & totius generis. dicitur ꝙ parẽtes ſui poſſunt eum etiam inuitum petere

UNED

in libertatẽ. Item & econtra hoc etiam permiſſum eſt cognatis eius: & redditur ratio: quoniam ſeruitus eorum &c. & hoc etiam permittitur parenti naturali tantum: vt patri qui exiſtens in ſeruit. hunc filium quæſiuit: & vterque poſtea manumiſſus eſt. hoc etiam permittitur militi pro perſonā ſibi coniunctā. & ſi aliquis ſupradictorum non exiſtat: tunc etiam matri & ſorori & ſimilibus fœminis quæ iſti cognatione iungũtur, hoc permittitur: & etiam patrono huius qui ſtat ſponte tanquā ſeruus apud alium. Poſtea dicit: ſi plures de prædictis exiſtant, & quilibet vult petere iſtum in libertatem: iudex quem credet ad hoc meliorem, eligat. Vltimò dicit: ſi furioſus trahitur in ſeruitu. admittũtur & cõiuncti & etiã extranei ad eum defendẽdum. & hoc dicit hæc lex cum ſequẽtibus vſque ad. l. liberis. Franciſc.

* In vulga. incipit, Si quidem: ſed perperam & mendosè.

DE LIBERALI cauſa.

TITVLVS XII.

I. VLPIANVS libro quinquageſimoquarto ad Edictum.

SI quando * is qui in poſſeſſione ſeruitutis [a] conſtitutus eſt, litigare de conditione ſua non patitur, quòd fortè ſibi ſuóque generi vellet aliquam iniuriam inferri, in hoc caſu æquũ eſt quibuſdam perſonis dari licẽtiam pro eo litigare, vt puta parenti, [b] qui dicat filium in ſua poteſtate eſſe. nam etiam ſi nolit filius, pro eo litigabit. Sed & ſi in poteſtate non ſit, parenti dabitur hoc ius: quia ſemper parentis intereſt filium ſeruitutem non ſubire. Verſa etiam vice dicemus liberis parentium etiam inuitorũ [c] eandem facultatem dari. Neque enim modica [d] filij ignominia eſt, ſi parentem ſeruum habeat. idcirco viſum eſt, cognatis etiam hoc dari debere:

II. GAIVS ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

QVoniam ſeruitus eorum [e] ad dolorem noſtrum iniuriámque noſtram porrigitur.

III. VLPIANVS libro quinquageſimoquarto ad Edictum.

AMplius puto, naturalibus [f] quoque hoc idem præſtandum, vt parens filium in ſeruitute quęſitũ & manumiſſum poſſit in libertatem vindicare. Militi [g] etiam pro neceſſariis ſibi perſonis de libertate litigare permittitur.† Cùm verò talis nemo alius eſt, qui pro eo litiget: tunc neceſſarium [h] eſt dari facultatem etiam matri, vel filiabus, vel ſororibus eius, cæteriſque mulieribus quæ de cognatione ſunt, vel etiam vxori, adire prætorem, & hoc indicare: vt cauſa cognita & inuito ei ſuccurratur. Sed & ſi libertum [i] meũ vel libertam dicam, idem erit dicendum.

† Exemplũ idoneũ erit ex Verginij hiſtoria, ex l. 2. de origi. iur.

IIII. GAIVS ad Edictum prætoris vrbani, titulo de liberali cauſa.

SEd tunc patrono conceditur pro libertate liberti litigare, ſi eo [k] ignorante [l] libertus venire ſe paſſus eſt: [m]

V. VLPIANVS libro quinquageſimo quarto ad Edictum.

INtereſt enim noſtra libertos libertáſque habere. Quòd ſi plures ex memoratis perſonis exiſtant, qui velint pro his litigare: prætoris partes [n] interponendæ ſunt, vt eligat quem potiſſimum [o] in hoc eſſe exiſtimat. quod & in pluribus patronis obſeruari debet.

VI. GAIVS ad Edictum prætoris vrbani.

BEnignius autem hoc perſequendum eſt, vt ſi furioſus & infans eſt qui in ſeruitutem trahitur: non ſolùm neceſſariis perſonis, ſed etiam extraneis [p] hoc permittatur.

VII. VLPIANVS libro quinquageſimoquarto ad Edictum.

LIberis etiam hominibus, maximè [q] ſi maiores viginti annis venum ſe dari paſſi ſunt, vel in ſeruitutem quaqua ratione deduci, nihil obeſt quò minus poſſint in libertatem proclamare, niſi fortè ſe venum dari paſſi ſunt, vt participauerint * pretium. Si quis minor viginti annis ad participandũ pretium venum ſe dari paſſus eſt: nihil ei hoc poſt viginti annos nocebit. [r] Sed ſi antè quidem ſe venum dedit, poſt vicenſimum autem annum pretium partitus eſt, poterit ei libertas denegari. [ſ] Si quis ſciens liberum emerit, non denegatur vendito in libertatem proclamatio aduerſus eum qui eum comparauit cuiuſque † ſit ætatis qui emptus eſt: idcirco, quia non eſt venia [t] dignus qui emit, etiam ſi ſcientem prudentémque ſe liberum emerit. Sedenim ſi poſtea alius eum [u] emerit ab hoc qui ſciuit, ignorans: deneganda eſt ei libertas. Si duo ſimul emerint partes, alter ſciens, alter ignorans: [x] videndum erit numquid is qui ſcit, non debeat nocere ignoranti. quod quidem magis eſt. Sedenim illa erit quæſtio: partem ſolam habebit is qui ignorauit, an totum. & quid dicemus de alia parte? an ad eum qui ſcit, pertineat? Sed ille indignus eſt quid habere, quia ſciens emerit. rurſum qui ignorauit, non poteſt

* participarent.

† cuiuſcunque.

a *In poſſeſſione ſeruitutis*. Idem econtra ſi de libertate trahitur ad ſeruitutem: vt. j. eod. benignius.

b *Parenti*. id eſt patri.

c *Inuitorum*. not. ſic. j. quando app. ſit. l. ij. §. ſi is qui. & de appel. l. non tãtum. & j. de ſepara. l. j. §. ſed & ſi quis ſuſpectum. in fine. §. & ſ. de mino. l. patri pro filio, in prin. Regulariter cõtra. ſ. de procu. l. Pomponius. in fine.

d *Modica*. ſed magna.

e *QVoniam ſeruitus eorum*. ad omnes refertur ſuperiores: & iunge ſuperioribus & inferioribus.

f *AMplius puto naturalibus*. parentibus.

g *Militi*. ſpeciale. regulariter contra: vt C. de procu. l. qui ſtipendia.

h *Neceſſarium*. id eſt vtile. & facit. ſ. de procura. l. fœminis.

i *Sed & ſi libertum*. vt &. C. eod. l. principaliter.

k *SEd tunc. Eo*. ſcilicet patrono.

l *Ignorante*. ſecus ſi cõſenſit.

m *Paſſus eſt*. ad pretiũ participandum.

n *INtereſt. Partes*. ſic & inſtitu. de excu. tu. §. j. & ſ. de pact. l. iuriſgentium. in fi. & l. fi.

o *Potiſsimum*. ſic. j. de accu. l. plures. & infra de lib. ho. exhib. l. iij. §. hoc interdictum. & ſ. de dam. infect. in reficiendo. Accurſius.

p *BEnignius. Extraneis*. ſic in ſuperioribus nõ dicit de extraneis quòd admittantur. Accur.

liberis.] CASVS. Liber homo maior viginti annis paſſus eſt ſe vendi vt ſeruum. poterit proclamare in libertatem, niſi pretium participatus ſit. [SI QVIS MINOR.] Minor. xx. annis paſſus eſt ſe vendi ad pretiũ participandum. non nocet hoc ei etiam effecto maiori. xx. an. Sed pone quòd antè. xx. an. paſſus eſt ſe vẽdi. poſt. xx. an. participatus eſt pretium. hoc caſu nocet ei vt non poſſit proclamare in libertatem. [SI QVIS.] Sciens liberum hominem emi. hic emptus poterit petere ſe in libertatẽ, quaſi ſcientia mea mihi noceat. ſed ſi aliquis eum emat bona fide à me: non poterit amodo ſe petere in libertatẽ. [SI DVO.] Duo emerunt liberum hominem: vnus ſciens, alter ignorans. quò ad ignorantem tenet: & per conſequens quò ad ſciẽtem: adeo quòd ſeruus nõ poſſit ſe petere in libertatem. [SVNT ET ALIÆ.] Aliquando ſeruus cui eſt relicta libertas in teſtamento: non poteſt petere libertatem. quid enim ſi dicatur teſtatorem necatum à familia? interim donec hæc cauſa agitur, pendebit libertas huius ſerui. & ſi apparebit hic ſeruus culpabilis: morte erit dignus. ſi non: tunc manumittetur. [SI QVIS EX SERVITVTE.] Aut quis exiſtẽs in poſ. ſeruitu. petit ſe in libertatem: & tunc obtinet partem actoris. & imminet ei onus probandi. aut econtra quis exiſtẽs tanquam liber, petitur ab aliquo in ſeruitutem, & tunc petenti incumbit onus probandi. ſi autem hoc eſt dubium: tunc antè omnia iudex hoc inquiret, & ſuper hoc pronuntiabit. Fran. Accur.

q *Maximè*. abundat: vt Co. de manumiſſ. teſta. l. fina. §. j. nam minores etiam iuuantur, & etiam ſine diſtinctione: cùm plura ſint neceſſaria: vt not. inſtitut. de iure perſe. §. penulti. & facit infra titu. j. l. j. & titu. ij. l. ij. &. C. eod. l. non ideò. & l. ſi miniſterium. & j. proxi. §. Accurſius.

r *Nocebit*. vt &. ſ. proxi. reſpon.

ſ *Denegari*. arg. contra ſupra de minori. l. iij. §. ſcio. ſol. vt ibi.

t *Venia*. propter ſcientiam. ſic & j. titu. j. l. Licinnius. & j. e. l. qui ſciens. & ar. ſ. ad Macedo. l. penult.

u *Alius eũ*. hoc etiã caſu videtur exigi participatio pretij. Acc.

x *Ignorans*. lege interrogatiuè ſecundum Azo. q. d. non. & dic

quòd